PHAE-
DRVS

OXONII



UNIVERSITAT D'ALACANT
Biblioteca Universitària
0500757434

FL DRPS FA/1365
0500757434

SCRIPTORUM CLASSICORUM
BIBLIOTHECA OXONIENSIS

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
LONDINI ET NOVI EBORACI
APUD HUMPHREDUM MILFORD

PHAEDRI

FABVLAE AESOPIAE

CVM

NICOLAI PEROTTI PROLOGO

ET

DECEM NOVIS FABVLIS

RECOGNOVIT

BREVIQVE ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT

IOHANNES PERCIVAL POSTGATE

OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

UNIVERSITAT D'ALACANT
UNIVERSIDAD DE ALICANTE
BIBLIOTECA
Nº COPIA 0500757434

OXONII
Excudebat Fridericus Hall
Typographus academicus

PRAEFATIO

Vt post Bentleium Anglorum primus recensere Phaedrum instituerem, commouit me cum illa erga uirum summum pietas ac reuerentia qua mortuus quoque suos etiam nunc quodam modo collegas ad similis laudes incitare et debet nos et solet, tum nescio quod patriae suae fauendi ne hoc quidem saeculo obsoletum studium, ne inter tot tantosque Batauorum Gallorum Germanorum Italorum sudores nostratium omnino desideraretur industria. accedebat etiam quaedam Gualteri G. Headlam, uiri ut inlustris in Graecis ita dissimulatae in Latinis litteris elegantiae, in animo nostro iam multos annos inhaerens ad opus tale cohortatio.

Scripta Phaedri curantibus nec multa sunt subsidia nec bonitate insignia.

Inter codices familiam ducit Pithoeanus, *P*, quem nomine repertoris sui Petri Pithoei insignitum eadem de stirpe Marchio L. de Rosanbone insomni cura domi custodit, Phaedrianus quidam quasi draco (IV. xx) Phaedro tamquam thensauro incubans, ne forte oculis tactuue doctorum uioletur. hunc codicem descripsit et, quantum quidem coniectare licet, satis accurate Vlixes Robertus in libro a. 1893 edito, quo ex libro nunc pendet omnium tota eius notitia.

Qui huius gemellus erat Sancti Remigii Remensis, *R*, iam plus CXXXX annis incendio absumptus, nunc per testimonia Nicolai Rigault, Marquardi Gude, Dionysii Roche, Iacobi Claudii Vincent tantum cognoscitur. haec testi-

monia qua est diligentia Ludouicus Havet in editione Phaedri a. 1895 collegit disposuitque et propria nota suo quodque auctori accuratissime adtribuit : nos satis id duximus si lectiones quae duorum saltem auctoritate testium easque quae non nisi uno teste confirmatae exstarent discerneremus illasque *R* littera has *R'* nota insigniremus, in quo illud quoque attendendum *R'* notam interdum bis in uno loco adhiberi ubi singulorum in diuersum abeant testimonia. de Remensi multis quidem locis nihil hodie constat, plurimis uero congruentia cum Pithoeano is praestitisse uidetur, ita tamen ut hic illic, sicut in V. i. 1, ueritatis uestigia fidelius illo conseruauerit.

Schida Petri Danielis in bybliotheca Vaticana adseruata quam *D* littera notamus breuissima tantum indiget mentione. VIII continet fabulas I. xi–xiii et xvii–xxi, bonitate Pithoeano non cedens nec tamen propiore cum illo cognatione coniuncta; nam uersus exhibet distinctos ut Perottini libri, non, ut ille, deinceps et uno tenore descriptos, tum alios plane fabularum titulos. Paraphrastarum de quo infra dicetur codicem propius uidetur attingere : cf. adn. ad I. xiii. 12. schidae imagines dederunt Leopoldus Hervieux, *Les Fabulistes latins* t. ii, p. 84 ed. ii, I. xi. 2–xii. 14, et Aemilius Chatelain, *Paléographie des Classiques latins* no. 165. 2, I. xii. 15–xiv. 12, et xviii. 1–xxii. 10.

Partem tantum fabularum in Pithoeano esse seruatam non uno efficitur argumento. quinque fabularum libros scripsisse eum testatur Auianus in epistula ad Theodosium. atqui Pithoeano quae continentur uix ac ne uix quidem trium modum expleuerint. quid quod ipse arbores loquentis induxisse se dicit I prol. 6 (cf. Nou. Fab. viii), cuius rei in Pithoeano nec uola nec uestigium ? quid dicam de fabulis aperte fine initioue carentibus ut IV. xiv et IV. xiii quam mutilam esse tam indicia Paraphrastarum quam res ipsa declarat ?

Plures Fabularum codices in aeuo quod dicitur medium exstitisse constat, quorum unus anno 1470 Nicolao Perotto Sipontino aliquando episcopo praesto fuerat. ibi quae inerant fabulae (nam ne is quidem integer fuit) fere omnes in librum quem in usum Pyrrhonis fratris sui filii contexeret transtulit Perottus; qui quid in hac sylloge, ut dicitur, Perottina secutus esset, ipse in prologi sui uu. 1–5 exponit idque uel ex totius sylloges conspectu quodam quem dedit Hauetus pp. 277–86 facile apparet. liber quo usus est ἀκέφαλος erat, quippe qui a sexta demum libri secundi fabula inciperet. an finis quoque defuerit ei, nescitur. inerant certe hae quo ordine in Pithoeano exhibentur fabulae.

II. vi, vii, viii, epilogus.

III. prologus, i–xix. prologum Perotto notum fuisse ex ipsius uersibus prol. 10, 11 apparet ; ix in elegos ex iambis conuertit.

IV. xx–xxii, xxiv, xxv.

V. prologus, i–v.

IV. xxiii de monte parturiente, siue casu seu consilio quod tritioris argumenti esse duceret, prudens, ut uidetur, praetermisit. de epilogo libri III qui in Pithoeano post IV. xxv legitur nihil liquet. qui uero in eodem subsequitur, nunc libro IV praepositus, certe ei notus erat.

Inerant etiam in eo libro XXX fabulae quae, cum in Pithoeano non exstent, sub nomine appendicis Perottinae hodie feruntur, ita tamen ut nemo iam eat infitias a Phaedro eas esse profectas. Perottus quo modo in refingendis ad usus suos Phaedri fabulis egerit operae pretium est cognoscere. homo mediocriter doctus, elegorum scriptor non infimus, in iambis magna siue incuria seu potius inscitia grassatus uersus, sicut in codice erant scripti, specie quidem seruauit, numeros, quod uel ex ipsius prologo satis apparet, persaepe corrupit nec numeros ille tantum

sed interdum etiam res de quibus agebatur, si quid alienum a proposito suo deprehendisse sibi uidebatur; praecepta siue monita quae Phaedrus narratiunculis suis praemiserat subieceratue aut reliquit omnino aut in titulos fabularum reiecit. hac tanta licentia effectum est ut cum de lectionibus non nullis, tum de ingenio ipso codicis haud iniuria dubites. detractis quae a Perotto inculcata esse ueri simile est is demum euadere uidetur qui ut in orthographia sic in maioris momenti rebus Pithoeano melior interdum, saepius deterior esset. in Appendice quidem deest quicum conferatur; nihilo minus uso tenuibus illis quidem sed tamen indiciis in hac fabularum parte aut paulo sincerior fuisse uidetur aut fideliorem esse nactus Perottum.

Sylloges Perottinae duo tantum codices exstant, quorum alterum ut uidetur ab ipso Perotto exaratum et Neapoli nunc adseruatum, Iacobo Ph. d'Orville olim cognitum atque in editione Burmani a. 1727 iam degustatum, primus excussit Cataldus Jannelli a. 1809. is ita madore corruptus est ut locis multis omnino legi nequeat. quapropter non modo illa quae de ea rettulerunt priores, Doruillium dico et Iannellium, non nusquam respicienda sunt sed alter quoque codex—Vaticanus is est, nomine Vrbinas 368—quem contulit primus Angelus Maius in Classicorum Auctorum tomo iii pp. 278 sqq.—ad partes uocandus est. annos enim plus CC ante Doruillium et fere CCC ante Iannellium et ex ipso fortasse Neapolitano quamuis neglegentius descriptus est.

Codicum *N* et *V* lectiones ex copiis Dominici Bassi a. 1918 editis desumpsi, parcius tamen in corruptelis apertis nisi (forte alia Hauetus iam antea adtulisset); in quo adiuuit me benignitas uiri codicum peritissimi ad non nulla quae de singulis lectionibus Neapolitani quaesieram per litteras respondendo. quod idem in Vaticano fecit uir humanissimus Carolus Giri. horum utrique quas par est hic gratias rettulerim.

Dixi superius de duobus quasi fontibus unde hauriat

necesse est si quis ad fabulas Phaedri repurgandas se conferre uoluerit; nunc de tertio dicendum est. res ita se habet. in pluribus medio aeuo manu scriptis libris fabellae aliquot leguntur, pedestri illae quidem oratione compositae sed a Phaedro rebus argumentis sermone perpaulum discrepantes. his adtextae sunt aliae siue fabellae siue fabellarum particulae quae nostro omnino indignae sunt. his tamquam aceruis partim nullum, partim Romuli nescio cuius nomen impressum est. iste Romulus qui fuerit quoue saeculo uixerit, suumne an alienum id nomen ediderit adfatim ab ignorantibus disputatum est et, ut opinor, disputabitur. plagiarius certe qui flores ex prologis Phaedri decerptos intexuerit suo, auctoris nomen reticuerit, non graguli ille quidem sui Phaedrianique (Romul. II. xv, Phaedr. I. iii) aut pauonum memor. hoc tamen illi uitio nequaquam uertendum est si modo eius opera euenerit ut Phaedro sua seu carmina seu carminum particulae siue etiam uerba aliquando restituantur. de quo mox uidendum erit.

Hic Romulus igitur nactus Phaedri exemplar, siue suis adhuc uincti numeris seu iam in pedestres soluti, fabellas pro arbitrio delectas ordine et uerbis plerasque et rebus quoque non nullas licentia plus quam Perottina deformatas potius quam reformatas, nouis quoque aliquot nescio unde adiectis, in libros quattuor cum quinque Phaedrus confecisset digessit. recoctas tali modo fabulas trito iam uocabulo neque admodum ut quibusdam uidetur alieno Paraphrases auctoresque earum Paraphrastas appellamus. Paraphrases ex compluribus codicibus collegerunt et disposuerunt, ut de prioribus taceam, Leopoldus Hervieux *Les Fabulistes latins* tom. ii (1894) et Georgius Thiele *Der lateinische Aesop des Romulus* (1910), qui illius reperta partim sublatis aliquot erroribus emendauit, partim copiis nouis locupletauit. utriuscumque curas inspicienti cuiuis facile apparebit in complures codices illud Romuli quasi corpus fabellarum non integrum uenisse sed

particulatim tantum et quasi per frustula. apparebit etiam eos saepius non uerba uel Romuli uel Phaedri sed sententias reddere hasque modo accuratius modo liberius. talem inconstantiam ut sibi explanaret Thielius, rationem excogitauit satis mirificam. codices qui uerbis propius quam deberent ad Phaedrum accederent ex Phaedro dicit esse 'reinterpolatos' uerbo, ut opinor, necessitate magis quam latinitate expresso. ut exemplo planiorem rem faciam, cum Paraphrastes Wissemburgensis eique qui ad Gallicanam quam dicit Thielius recensionem pertinerent fabellam de leone uenante (Th. viii, Phaedr. I. v) exscripturi erant displicuit hominibus, nescio qua de causa, quod in exemplari inuenerant quodque in Veteris Recensionis seruatur codicibus 'in diuidendo sic fatur leo'. itaque ad Phaedrum ipsum decursum est erutumque '*partibus factis* leo sic ait', quod factum esse Thielius per inclinatas litteras significat. hoc fieri potuisse non nego; factum esse non sumi sed probari decebat. uerum tamen, quoquo modo res se habet, certe ad restituendum sibi Phaedrum, id quod nunc agitur, nullo, ut alibi docuimus (Classical Quarterly, t. xii, p. 153), modo pertinet. quid enim interest utrum id quod in Romuli exemplari iam corruptum exstaret paraphrastes aliquis cum ferre non posset Phaedri aliquo codice in auxilium aduocato emendauerit, an quod alii corrupissent ipse maiore fide seruauerit? nihil sane intererit nisi forte ille Phaedri siue Romuleus seu mauis Thielianus codex totus ex eis pendebat unde orti sunt Pithoeanus Perottinique libri. quod si esset, nimirum abicienda forent Paraphrastarum omnia de Phaedri fabulis testimonia. hoc nisi facimus, neque facit Thielius, fatendum est id ipsum quod eadem ac Pithoeanus Perottinique persaepe praestent Paraphrastae documento esse, illi sicubi praua exhibeant, hos ibi, modo sinceriora offerant, testium loco citari debere. non morarer in re neque argumentatione, ut opinor, indigente neque si egeret breui

defungenda nisi Thielius exagitatis magis quam refutatis priorum rationibus liquido negasset (*op. cit.*, pp. xlvi, ccix) eum qui fabellas nec in Pithoeano nec in Perottinis comparentes Phaedro reconcinnatas reddere instituerit cunctorum Paraphrastarum debere uti indiciis. cui si adsenseris in uanum recident quae cum illi tum nos in hoc genere elaborauimus. ego uero tantum abest ut talem paene malignitatem comprobem ut etiam eos Paraphrastas quos praeterierit uiri docti in ceteris insignis industria fructus aliquid subinde suppeditaturos esse non desperem, quod uel in Nou. Fab. i, viii patere crediderim.

Vt iam de ipso illo Phaedri codice unde pendent Paraphrastae in uniuersum loquamur, is qualis fere fuerit ex adnotatione critica nostra apparebit. an integer fuerit uersibusue distinctus, incertum. complures certe fabulas continebat quas nullus hodie codex. corrupta locis pluribus exhibebat, in non nullis etiam corruptissima. neque enim quae inepta et monstruosa quaedam apud Paraphrastas exstant omnia Romuli inscitiae socordiaeque imputanda sunt. nihilo minus tamen hic illic seruauerat, si non ipsam ueritatem, at ueritatis saltem uestigia. duplices lectiones aliquot locis uidetur habuisse siue ab emendantibus inlatas siue ab interpretantibus (I. xxvi. 6, xxviii. 8, IV. xiii. 12, 17, 21). in repraesentando illo Phaedri codice multum uariant Paraphrastae. in uniuersum proxime ad eum accedit *codex Ademari* (*Ad.*) (Hervieux t. ii, pp. 131 sqq., Thiele, *Der illustrierte Aesop in der Handschrift des Ademar*, a. 1905 cum totius codicis imagine photographica), idem tamen complura iusto contractius (cf. Nou. Fab. ix, x), pauca etiam plenius. sequitur *Wissemburgensis* (*Wiss.*) quamquam mendis omne genus et lacunis foedatus. longius absunt illi quos ad Romuli memoriam maxime pertinere existimat Thielius seu Gallicanae sint Recensionis, ut ipsius uerbis utar, seu Veteris in qua multa liberius mutata sint.

Finitima est huic quaestioni Nouarum Fabularum, ut uocantur, tractatio in quo fortasse aliquis mirabitur, triginta fere fabulas ex copiis Paraphrastarum cum Burmanus Mueller alii ediderint, nos in decem aut si Leonis Regnantis rationem habueris in undecim substitisse. cui breuiter respondeam illos, dum officii sui esse credunt Phaedro quidquid Phaedri esset restituere, quantum in hoc genere fieri posset non satis considerasse. itaque euenit ut pars magna fabellarum quas Phaedro ei adtribuunt, cum nequaquam ita traditae sint a Paraphrastis ut opera facili in uersus redigi possent, non illius sint sed ipsorum. ego contra cauendum esse duxi ne Phaedri studiosis causam iniciam querendi quod eis carerent quae leui tantum modo mutatione in pristinam speciem reuocari potuissent aut quod pro certis incerta aut etiam incertissima sibi ingesserim. neque uero in recensendis illis fabulis indiligentior esse uolui quam in deligendis. quid in hac parte facere conatus sim iam fusius alibi exposui (Classical Quarterly, t. xii (1918), pp. 151 sqq.) fabulasque praeter unam iv pleniore ibi adnotatione instructas edidi, sed ab his non multum alioqui discrepantes nisi quod in contextu paucula in melius, ut spero, secundis curis mutaui. duo mihi quae sequerer proposui alterum ut Paraphrastarum ipsorum indicia, modo incorrupta essent, quam fidelissime seruarem, alterum ut ad sermonis Phaedriani proprietates ea quae cogitando extudissem quam seuerissime exigerem, hanc in uniuersum secutus uiam ut primo ipse Paraphrastarum uerba diligenter examinata et perpensa in uersus reformarem, mox aliorum inspicerem inuenta; quorum non ita pauca cum meis congruere cognoui, quod docent asterisci in adnotatione critica hic illic adpositi.

Aeternitatem sibi destinauerat Phaedrus seu Phaeder, ut ab Haueto uocatur, et mehercule adsecutus est, nescio tamen quo pacto, cuius de laudibus apud Latium suum (II epil. 8)

a Martiale usque ad Auianum tacetur. complures certe Aesopi fabellae in usum Graece Latineue discentium utroque sermone a. 207 confictae sub nomine falsi cuiusdam Dosithei circumferuntur, quas edidit Georgius Goetz in tertio corporis Glossariorum Latinorum uolumine; sed nihil in illis Phaedrianum. neque admodum incredibile est per aliquot saecula nostrum in quibusdam tamquam tenebris latuisse donec occidente iam Latinitate uel potius, ut sic dicam, occasa exortus est ille Romulus Aesopiarum fabularum fictor corruptor contaminator.

Hippolytea certe quaedam fata expertum eum esse nemo est hodie quin fateatur, ut par sit eos qui auxiliari illi uoluerint sordes pro uirili parte detergere uulnera curare et disiecta pridem membra, modo si possint, rursus in suum quasi corpus coniungere et copulare. haec omnia praestare conatus est Ludouicus Havet, uir doctissimus et optime de nostro meritus. rationes tamen idem, quibus placita sua de libris singulis definiendis fabulisque quae a suo quaeque libro distractae uiderentur in pristinas sedes reponendis, quamuis acri subtilique disputatione commendatas, non omnibus adprobauit; nos impeditam sane et latius patentem quaestionem in laxius otium et pacatiora tempora decreuimus reicere ad illudque potissimum studia nostra conferre ut ipsa scripta emendatiora et lectu faciliora euaderent. de quo si quis recte iudicare uelit cognoscat in primis quot quibusque modis in Phaedri uerbis numeris sententiis a librariis et correctoribus peccatum sit. ut mittam trita et scriptis omnibus communia, uerbi gratia litteras inter se commutatas ut puta *s* et *r*, *i* et *e*, *c* et *g*, *l* et *d*, aut praetermissas ut totiens apud nostrum *i* et *s*, et uerba praue inter se uel coniuncta uel distracta, multum nocuit illud homoeographon de quo non nulla etiam alibi disputauimus (Classical Quarterly, t. xii, p. 91), quod non solum litteras

syllabas uerba eaque, ut uidetur, cum in deinceps scriptis uersibus (cf. I. xiv. 9 adn.) tum in distinctis, uerum etiam totos uersus (cf. I. viii. 1 b) pessumdedit. neque in his se continuit sed duplici modo fecit ut latius serperet corruptela, altero cum, bis scribenda postquam semel tantum modo scripta fuerant, in uacuum locum immitteret aliena, qualia habes in V. iii. 10 locisque aliis quos attulimus, Classical Quarterly, t. xii, p. 91, altero, semel scribenda cum perperam geminasset, ubi postea apparuit uitium, malum malo curaret (III. prol. 56, x. 30). nocuit non nusquam uocabulorum idem declarantium confusio, in quo interdum iure dubitaueris utrum quae in libros male inrepserint ab interpretantibus uenerint (I. xxi. 5, xxvi. 4; cf. Classical Quarterly, *l. c.* p. 90) an a mutantibus consulto, ut puta paraphrasim agentibus (IV. ix. 1 adn.). iam uerba, ut in uersibus quorum ratio librariis ignota esset, saepius quam Haueto uisum est loco suo sunt mota et ad orationis normam pedestris accommodata. quibus omnibus perspectis plura quae litterarum apices urguentibus aut ad grammaticam tantum spectantibus insanabilia paene uitia uidebantur, sermonis uulgaris uel senescentis Latinitatis cum habita sit ratio facili opera sanaueris (V. vii. 26, App. i. b, iv. 22, vi. 13). nec non aliquando sibi succursurus est Phaedrus, cum a posteris ut a Martiale (I. xxi. 5) expressus aut priores in quibus Catullum Lucretium Vergilium et comoediae scriptores fortasse etiam Graecos (IV. xxv. 9) aemulatus, tum ipse suis, rem ab aliis obseruatam, constanter insistens uestigiis ob illamque causam emendaturis eum legendus et relegendus. pro insigni fuerit documento illa Phaedriana in uocabulis abstractis ut a grammaticis dicuntur adhibendis seu proprietas quaedam seu potius prauitas (I. xxviii. 8, IV. v. 44, xxv. 10, App. xxi. 7). praecipua eius in re metrica constantia in qua explicanda egregie operam nauarunt Mueller et Hauetus;

quorum repertis si potuissent uti priores multis hodie careremus doctrinae ingeniosae experimentis. cauendum est autem ne Phaedro Phaedrum inuito ingeramus ipsumque quasi in ordinem redigamus quod aliquotiens fecit Hauetus. rarius certe noster quintum pedem senarii in breui incidit; sed nusquam, quod Seneca, eum id fecisse uix recte, ut Speyero quoque aliisque uidetur, contendit Hauetus pp. 178 sqq., cui tantum tamen concedimus ut quid in uno quoque loco nouandum ei uideretur legentium iudicio subiecerimus. iambum, pedem illum citum (Horatio teste, *A. P.* 252), fortasse consulto noster adhibuit, quo melius rei celeritatem auribus repraesentaret, ut in App. ii. 5 'elephanti uires et *leonis impetum*', cf. IV. ii. 11 'mures *ueloces* non *ualeret adsequi*'; quod ipsum in Nauckii quoque coniectura aestimanda (App. v. 4, 5) utique non neglegendum est. nec omnia nobis idem persuasit quae de interpungendi in mediis uersibus ratione (pp. 154 sqq.; cf. I. ii. 8, I. iv. 2. App. xi. 4 adn.), aut de primi pedis incisionibus (pp. 160; IV. 5. 34, V. vii. 17 al.) aut de uocalibus in caesura elisis (pp. 150 sq., Nou. Fab. vi. 3). quod ad 'nil' et 'nihil' attinet, rem tenuem et nescio quo modo impeditam hic non uacat pertractare, cum praesertim de ea pluribus in Hermathena hoc anno disputandum sit. paucis igitur absoluemus, mediam quandam inter Muelleri Hauetique placita uiam tenentes; utroque usum esse Phaedrum ut tamen 'nihil' uersus ultimum pedem et alium quemuis, si modo exciperet consona, explere pateretur neque ante uocalem in priore quidem pedis parte respueret, aliubi et in consona et in uocali 'nil' uno adhibito. iam nec frequentata a nostro eiusdem soni uocum initia ad arbitrium Muelleri (p. 101) reciderim nec uerba sese in minoribus interuallis excipientia quam huius saeculi auriculis iucundum est.

Etiamne de orthographia dicendum est? in qua corrupta

et praua abiecimus, in mediis uel dubiis obsecuti codicibus et aequabilitati scribendi in tantum studentes ut certa antiquitatis ne absconderentur uestigia.

Hactenus de fabulis ipsis. praecepta uero siue monita quae, prout fabulis praemissa aut subiecta sunt, promythia aut epimythia solent adpellari, partim ab ipso Phaedro profecta sunt, partim ab aliis ei ingesta. utramque rem binis exemplis comprobabo. scripsit Phaedrus IV. v. 1, 2, scripsit IV. vi. 11–13; IV. xxiv. 1 et III. xix. 19, 20 non scripsit. de ceteris in uniuersum nihil hoc tempore in animo est adfirmare; singulos potius expendendos esse duco liberumque de eis iudicium legentibus permittendum; hoc unum subicio Bentleium in notis quae in margine Phaedri exemplaris adscriptae in Museo Britannico adseruantur primi libri promythia a Phaedro abiudicasse paene omnia. nimirum insulsa ea esse credidit, infirmo mehercules in poetis argumento quibus di, licet non concesserint mediocritatem, insulsitatem certe concessere.

De titulis fabularum nihil est quod dubites; alieni a Phaedro omnes et, quod inspectantibus extemplo apparebit, ex ipsius uerbis conficti. nec nisi sero in libros inlati sunt. alios enim Pithoeanus, alios schida exhibet et quod ad hanc quidem attinet partim loco non suo, partim in margine adscriptos. quae cum ita sint, titulos Pithoeani neque abicere uolui, commoda enim talia legentibus, neque, nisi ipsa res flagitauisset, emendare. immutata et nouata litteris inclinatis notaui. eandem in Appendice Perottina rationem secutus sum nisi quod titulis Perotti minoris formae litteras adtributae sunt. Nouis Fabulis titulos de meo addidi.

In codicibus citandis id egimus potissimum ut primo ea quae in contextu stent quibus in fundamentis nitantur dilucide appareat, deinde ut singulorum codicum proprie-

tates lecturos ne lateant, hos finis nusquam transgressi nisi quod Neapolitani lectiones nonnullas eam demum ob causam memorauimus quod alia de illis D. Bassius, quem sequor, alia Hauetus rettulerat. ipsi enim cauebunt sibi lectores ne quid de Neapolitani aut de Remensis lectionibus animo praecipiant si quando non nominatim ei citentur: ipsi nullo admonente reputabunt quot in locos possint cadere illa 'de *R* non constat' et '*N* legi non potuit'. Paraphrastas etiam parcius atque illis tantum locis laudauimus ubi boni aliquid adlaturi esse uiderentur; cumque in tanta omnium inconstantia saepius parum referre uideretur huic auctori an illi aliquid tribueres, ipsas tantum uerborum adiectiones et uarietates uncinis inclusas denotauimus.

In coniecturis uirorum doctorum citandis quarum Hauetus quattuor paene milia, nisi fallimur, credo ut esset quod deuitares, congessit, parsimoniam antetuli largitati, meum in eo constare officium ratus ut in locis corruptis eas tantum emendationes legentibus traderem quae et ceteris antecellerent et aliqua ueri similitudine ipsae commendarentur nec quid potuerit modo scribere Phaedrus spectarem sed (quotam ex omnibus partem !) quid et potuerit et debuerit. in dubiis dubia quoque interdum non respuimus, si modo illa quid illic esset dubii docerent.

Vastatus cladibus mundus singulorum non recipit querellas. itaque id tantum ueniae mihi petiuerim ut, si qua in parte huius operis alicui uidebor aut utilia praetermisisse aut occupauisse aliena, non nostra sed temporum culpa id factum esse existimet, per quae, ut alia taceam, cum et commerciis officerent et commeatibus, libros quoque ipsos quibus usus esset ne inspicere quidem liceret, nedum comparare. hoc quamuis incommodum esset deterrere me nolui quominus rem inceptam quam primum perficerem. quae ut breuius absolueretur, rationes quoad fieri posset ante editum librum

peritis exponere constitui, ut in hac quidem praefatione illa quae iam publici iuris essent facta uerbo uno, cetera quam paucissimis tractarentur.

Iam libellum qualemcumque dimittenti restat ut fautori eius atque adiutori Gilberto A. Davies, nostro per tot annos socio atque amico, cuius prudenti consilio iudicioque sincero tu, Lector, uelim acceptum referas quod non plura excusanda in eo compareant, gratias agam quam maximas.

Liuerpuliae
a d. iii. Id. Quinct. A. S. MDCCCCXIX

ADDITAMENTVM CRITICVM

IAM uero quae de singulis Phaedri locis ita adnotare uisum est ut ipsa scripta reuoluentibus oneri ne essent, hic summatim et pro ipsius breuitate adferenda sunt. in quo conueniet ea quae iam alias de Phaedro disputauimus commemoratione tantum eaque, ne actum agere uideamur, breuissima suo quidque loco attingere. sunt autem haec:

Cambridge Philological Proceedings, 1897, pp. 9, 10. [C. Ph. P.]
Classical Philology, t. xiii, 1918, pp. 262-71. [Cl. Ph.]
Classical Quarterly, t. xii, 1918, pp. 89-97; pp. 151-61; p. 178; t. xiii, 1919, pp. 81-7. [Cl. Q.]
American Journal of Philology, t. xxxix, 1918, pp. 383-92. [A.J.Ph.]
Classical Review, t. xxxiv, 1919, pp. 19-24. [Cl. R.]
Hermathena, fasc. xlii, 1920, pp. 52-63.

LIBER I

ii. 28. Tonans] Cl. Ph. 263.
iii. 7. immiscet se ut] Cl. Q. 92.
9. fugantque rostris] Cl. Q. 92.
13. Paraphrasium fons 'uestris . . . uestibus' habuisse uidetur.
iv. 2. A. J. Ph. 384.
v. 7. Cl. Ph. 265.
8. et ad loci sententiam quae fuit de τῷ ἐξ ἴσου κοινωνῷ Babr. 67. 5 aptius est *consors* quam *socius* et ad codicum scripturam propius, cum per homoeographon *con* post *sum* absumpto *fors* facile in *fortis* abiturum esset.
vi. 1, 2. Cl. Ph. 266. quod illic dedi 'uos uestra quae sint audiatis gaudia' minus placet quam quod hic. 'audite' enim magis Phaedrianum (cf. App. xviii. 16) est neque 'inquit' abiciendum.
vii. 1. quod inter *uulpem* et *lupum* uarietur ne nimis mireris, conferendus est locus Appendicis xxvi. 1-5. ut uersus 1 b intercideret, effecit homoeographon *-erat*, *-erat*. 'huc illuc uertere' etiam Liuius vii. 34. 9.
2. *habet* recte se habere suadet quidem Aesopi quae dicitur fabula 47 (Halm) οἵα κεφαλὴ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει nec tamen persuadet cum *habes* magis Phaedrianum sit; cf. III. xii. 3.
viii. 7. Cl. R. 23, n. 2.
xiii. 1. *Quae* feminas tangit.
5. *inuidit* bifariam diuisum hic *ut uidit* factum est, illic cum *in* ante *ui* excidisset languidum illud *hunc* in locum uacuum recipere coactum est.
10. *lato*, i. q. 'hiante'; cf. Verg. *A.* ii. 482. quod ad *emisit* attinet, *misit* apud Phaedrum II. iii. 2, apud Q. Curtium iv. 6. 11 'coruus . . . glaebam *amisit*' legitur.

xiv. 8. sic collocatis uerbis argutius effertur sententia cum bina paria *illius se* et *antidoto toxicum* apte inter se respondeant; quod ad numeros attinet, III. xv. 6 conferas.

9. post 'toxi*cum*' amisit caput '*com*bibere' ('combiberet uenenum,' Hor. *C.* i. 37. 28); cf. V. vii. 16, 17.

11. *artis* sic nude positae exempla tibi sint de medicina Ou. *Her.* v. 150 et de musica App. xii. 4.

xvi. 2. cf. Val. Fl. ii. 209 'orsa nefas'.

xx. 4. Cl. Q. 93; cf. I. xii. 5.

xxi. 5. Cl. Ph. 263 sq.

12. *recte*, ὀρθῶς; cf. Hor. *C.* iv. 9. 46.

xxv. 3. *in Nilo*: cf. quae adnotaui ad Lucan. viii. 862.

6. duplex certe hic lectio traditur sed a librariis (cf. Nou. Fab. v. 5 n.), si quid uideo, non a Phaedro profecta.

xxvi. 4. Cl. Ph. 264.

xxvii. 9. *luis* quod Ademarus exhibet medii aeui nec inuentum nec peccatum ullo modo uidetur. exquisitius certe quam *merito iaces*, quod ferendum tamen potius quam auferendum esse duxi, *meritum luis* diceretur cum 'meritum' et de facinore et de poena usurpatum esset et Phaedrus ipse 'luat poenas' dixisset III. x. 44.

xxviii. 8. in exemplari exstitisse aliquid quod interpretamento egeret satis dilucide indicant Paraphrastae, qui exhibent 'ignem rapuit cum facula' Ad., '(ab ara) ignem rapuit id est faculam ardentem' Ro., 'deorum igne⟨m⟩ idem (*l.* id est) baculum (*l.* faculam)' Wiss., omnia ad *ardorem facis* spectantia atque etiam *ardorem* ipsum in Wissemburgensi sub illo *deorum* totidem litteris seruatum. nimirum in Corpore Glossarum *facula* multis locis *facis* interpretamentum est, et *ardor facis* pro ardente face plane Phaedrianum est: neque multum abhorrent Vergilianum 'pineus ardor,' *Aen.* xi. 786, et Gannianum ap. Prisc. i. 237 (H.) 'emicat in nubes nidoribus *ardor adoris*'.

10. *miscens*. graecissare uidetur Phaedrus; cf. Pindari *Isthm.* vi. 25 χάλκασπις ᾧ πότμον Ἄρης ἔμειξε, id. *Pyth.* v. 19 τεᾷ τοῦτο μειγνύμενον φρενί.

xxix. 3. *nociuum* satis defendit Plinius *N. H.* xx. 12, *concitant* Firmicus *Math.* iv. 20. 8.

xxx. 7. simili sententia Hauetus *statio esto*; sed nostrum facilius.

xxxi. 13. Cl. Ph. 266 sq. nunc Hauetum sequor.

LIBER II

Prol. 12. *illi*: scilicet 'uarietati' 10 sicut censet Speyer ad Tackei Phaedriana p. 34 prouocans.

i. 5. *deductus*, errore scilicet; cf. Pers. v. 35.

8. *et* ferri potest si acceperis 'non est quod timeas' pro 'noli timere'.

9. *tergore*, immo *uiscere* Cl. Q. 93.

iv. 19. C. Ph. P. 9. *expleuit* dictum ut *explerent* IV. 18. 5 de *repleuit* recte Havet 'repletis quid opus *larga dape*? (24)'.

v. 11. *alte cinctis*, Cl. R. 20, 21.

16. *iactans officium comae*. in re dubia a codicibus non recessi, quamuis duriora sane dictu exhibentibus. fortasse his Phaedrus, qua

est in talia audendo licentia, 'iactatae officium comae' uel 'iactatam per officium comam' uoluit significari. *come officium* apud Manilium quidem legitur (v. 635) et 'comitas' si personae Alcibiadis profugi conuenit (Iustin. v. 2. 5), fortasse etiam in seruolo quodam non plane absurda esset. haec cum ad aliorum coniecturas, tum ad Bentlei nostrumque nondum lecto Bentleio inuentum uidebis pertinere.

23. Cl. R. 21.

vii. 8. Cl. Q. 93 sq.

viii. 10. *diei*. utrum genetiuo casu *diei* an *die*, ut Maro aliique, dixerit Phaedrus incertum est. *dein* (I. xiv. 7) certe et tempus planius indicat et post *die* facile potuit excidere.

ix. 12. sensum quem postulat locus *tuas* per se uix potest praebere, potest *tenuis*; cf. Lucr. iv. 912 'tu mihi da *tenuis aures*, animumque sagacem'. *tēuis* cum in *tuas* abisset, locum quoque suum relinquere coactum est.

18. *telū* cum post *fatale* intercidisset, successit in uacuum *exitium* quod et ipsum loci sententiam reddit. de *telis* fati siue fortunae cf. Cic. *Fam.* v. 16. 2 et nostri uersum peruulgatissimum 'to suffer The slings and arrows of outrageous Fortune'.

LIBER III

Prol. 20. de *Paeane* et Musis cf. Stat. *Silu.* i. 2. 2-5 'cui, Paean, noua plectra moues?' e. q. s.

22. *Pallade inuita* ab *inuita Minerua* (Cic. et Hor.) leuiter detortum; etiam Valerius Flaccus viii. 224 'Pallados inuitae' sed casu, ut opinor, nec Phaedri memor. Pallas ipsa et ipsa 'decima Musa' est et cum Phoebo coniuncta Stat. *Silu.* i. 4. 20.

46. Cl. Q. 94.

56. *deos*. *decus* perperam ex proximi uersus fine inlatum quo par erat modo in *suos* mutarunt librarii; cf. x. 30.

i. 5. *quale* (*NV*) Tibulli locus ii. 4. 36 quodam modo tuetur.

ii. 5. A. J. Ph. 385.

6. ut *sustinerent* reponamus, suadet cum Perottinum illud *sustinentes* tum Ouid. *Met.* x. 188 'nunc animam admotis fugientem *sustinet* herbis'.

iii. 2. uulgo *esse fertur* satis languide. adde quod *fertur* loco non suo scriptum emblema imitatur. fortius *perhibetur*, quo uerbo Cicero in re simili utitur *de Diu.* ii. 12 'bene qui coniciet uatem hunc perhibebo optimum'.

v. 10. Cl. Q. 94.

vi. 6. *iugum meum* ut 'me iunctum' significaret scribere potuit Phaedrus; durius certe Statius *Silu.* iii. 3. 58 '*nec erubuit* famulantis *fistula Phoebi*'. sic et Propertius dixit 'Arioniam lyram' pro Arione fidicine, et noster 'citharam Apollinis' inf. xvi. 12. facilius sane *iter* uel *cursum*, *dorsum* uero seu *tergum* omnino improbandum.

7. hic quoque duplex agnoscenda est lectio. *lora continet* translate ut *habenas continere* apud Valerium Maximum ix. 11. ext. 4.

9. Cl. R. 21 sq. hic rursus in diuersa erroris abeunt codices ut tamen Phaedro illud *ultro* seruent *NV*.

vii. 10 *b*. quod ad *maleficos* seu maleficorum (cf. II. vi. 2, IV. 11. 20 al.)

ad tecta *aduentus* attinet, cf. Lucr. v. 984 sq. 'eiectique domo fugiebant saxea tecta | spumigeri suis aduentu ualidique leonis'; Pacuuii fragm. 303 'beluarum ac ferarum aduentus'. in hoc uocabulorum genere numero plurali saepius utitur Phaedrus. pro exemplis tibi sint *effectus*, *haustus*, *lusus*, *monitus* et, quod reddidimus illi, *cacatus*.

viii. 10. Cl. Ph. 267.

x. 2. *adponam*. cf. Gellius i. 13. 9; Plinius, *N. H.* xxxii. 19.

28. et *nihil respiciens* et *nil iam respiciens* recte se habent si ad numeros spectes; cf. quae in Hermathena diximus.

30. rectissime *illum prope* Rank. *filium* cum super *illum* e regione staret, hoc ab illo corruptum est; mox *prope* seu casu siue consilio omisso molestum illud *filium* librarii cedere *cubiculo* iusserunt, *κακῷ κακὸν ἰώμενοι*.

48. recte se habet *mendacium limasset*, quamuis Cicero non minus recte dixerit 'illa, cum ueritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas', *de Off.* ii. 35. *limare* enim nihil aliud est quam *lima examinare* Stat. *Silu.* ii. praef.

xiii. 13. *rettulit sententiam*, non *protulit*, de arbitro dicitur. post 'talē excidit *re* per homoeographon; de eo quod relictum erat *tulit* aliud alii fecerunt librarii.

xv. 1. *oberranti* temptaueram Cl. Q. 95; nunc loco Plautino de *palantibus* uel *palitantibas* ouibus perpenso (*Bacch.* 1123, 1936) multo magis *palanti* probo.

19, 20. ecce alterum iam praeceptum idemque alienum. Phaedri nec *legibus* uidetur fuisse neque *auctor*, quod ipsum multo magis paraphrasium auctori tribuendum, qui homo insulsus in prologo Phaedri cum 'Aesopum auctorem' legisset, *auctorem* pro Aesopo frequentauit.

xvi. 4. *agebat conuicium*, per se quidem ferendum, exemplis caret.

9. redundat *sua*. contra *data uerba* ut in Phaedro dubium, quamuis Valerius Flaccus vii. 251 'talia uerba dabat' et *uerba dare* non uno loco Auianus; cf. Ellisium ad 37. 2. *cate*, seu malis *cata*, apte ad rem; nam quod ad interpunctionem attinet, cauendum est ne cum Haueto (p. 155) Phaedro eripias suam dicendi libertatem; cf. I. iv. 2.

16. codicibus uariantibus Phaedro eam adsignare locutionem malui quae derecta esset *gaudebat* quam quae obliqua *simul cognouit*.

xvii. 10. *genitor* quod Muellero recte displicuit *satoris* fortasse interpretamentum est (cf. Corp. Gl. v. 146. 43) illudque, cuius in locum inrepserit, *rector* reponendum. restat ut Iouem putes deos procreasse, homines uero tamquam Deucalionem quendam seuisse. a Vergilio *A.* xii. 829 uocatur 'hominum rerumque *repertor*'.

xviii. 3. non *auibus* sed hominum *auribus* pauo uolt se adprobare; cf. Ou. *Med. Fac.* 33 sq. 'laudatas *homini* uolucris Iunonia pinnas | explicat et forma muta superbit auis' et quod ad *aures* attinet, App. xii. 6, Ou. *Met.* iv. 271.

Epilogus 11. *redibit*, Cl. Q. 95; cf. Nou. Fab. ix. 14.

28. *proposui*, C. Ph. P. in re simili mendum ex Hor. *Serm.* i. 5. 21 'tulit', sc. animum, sustulit Vollmer.

LIBER IV

Prologus 6 *ipse incipiat tradere* paene idem est atque *ipse tradat*; cf. Propertius ii. 15. 31 sqq. 'deludet—agitabit—*incipient* reuocare—erit' alibi et noster I. xxviii. 5.

14. quod *uacaris* scripsi cf. III. Prol. 2, 12.

ii. 1. Phaedrus *ioculari* dixerit an *ioculare* discernere haud facile est. 'ioculantes' ambigue Liuius. 'ioculari, *εὐτραπελίσαι, προπηλακίσαι*' Corp. Gl. ii. 91.

4. Cl. Q. 95.

8. *sine mercede*, Cl. Q. 90, Cl. R. 22.

16. *post aliquot—uenit*, simili dicendi modo Lygdamus vi. 32 'uenit post multos una serena dies'.

v. 42. *gerat*] *imperet* dictum ut 'cenam imperare' similia; de quibus cf. Gow, Cl. Rev. xxvi. 50. *ferat*, h. e. sibi auferat.

44. *luxuriae domus* pro 'luxuriosa' contra latinitatis leges peccat. restitui quod plane Phaedrianum est.

vi. 2. *quot sunt*, Cl. Q. 95.

vii. 1. Cl. R. 20.

3. *libellum sustine*, h. e. noli eum abicere. sed nescio an rectius *libellam*, ut sit 'noli praepropere ad regulam et libellam exigere'; cf. Plin. *N. H.* xxxvi. 188.

9. Cl. R. 19.

14. *inuoluens*, Cl. R. 20.

20. de hoc loco disputaui, Cl. R. xv. 362.

ix. 1. *magnum periclum* sanum esse et res et ipse Phaedrus (II. viii. 19) testatur. *ut* idem ualet quod *simul ac* quod intulerunt librarii; cf. II. ii. 9, xiii. 27 al.

6. *simus*, quod coniecit Housman, Havet recepit, nobis quoque adrideret si de hirco, sicut de capellis, proprie dici constaret.

xiii. 7. *tenui*, A. J. Ph. 387.

xv. 13. *adposuit*. possis etiam alia uelut *adfinxit*, Cic. *N. D.* i. 92 'quaeque procreationis causa Natura corpori adfinxit'. *inplicuit* quod coniecit Havet refellit Senecae locus *Ep.* 105. 5.

xvii. 8. Cl. Q. 6.

xviii. 12, 13. inter se transpositi nihil habent in quo offendas. non *dimittuntur* canes sed e medio eiciuntur.

17. *cacatus*, Cl. Ph. 268.

25. *odore*, Cl. Ph. 267.

30. *par* fortasse Phaedrus; cf. App. iii. 5 ubi *gratia* legitur, poena intellegitur. p et p compendia saepius confunduntur a librariis.

31. *cruciari* dixit Phaedrus; in zeugmate haud ita raro (cf. Ter. *Andr.* 624 'hoc tempus *praecauere* mihi me, haud te *ulcisci sinit*') offenderunt editores; cf. I. iii. 2.

xix. 6. A. J. Ph. 389.

xxiv. 9. *nil*] conferas quae in Hermathena loc. cit. disputauimus.

14. *grana*, quod recepit in contextum Gow, Auianus quoque dedit in similis argumenti fabula xxxiv. 10 'in laribus propriis umida grana legit'. nimis festiue editores 'magni formicam laboris' inducunt iactantem unum se in hiemem granum (nam de copia granorum nusquam legitur) studiose congerere.

19. hic quoque collatis inter se et Pithoeani et Perottinorum codicum indiciis ueritas eruitur. librarii illud *cum*, h. e. 'simul cum' (cf. 'cum diluculo' *cett.* Hor. *Ep.* i. 7. 13 'cum Zephyris . . . et hirundine prima'), parum intellegentes mutauerunt, hi *cur* reposito, hi *est* post *bruma* adiecto.

xxv. 9. *sidera* adludens, ut opinor, transtulit Phaedrus. similis 'stellae' Hor. *Serm.* i. 7. 24 et ἀστέρος Eur. *Hipp.* 1123 translatio.

10. *auctoritate* pro *auctore* abuti potuit Phaedrus ut 'aequalitate' pro 'aequalibus' App. xiv. 29, 'seruitute' (III. prol. 34) pro 'seruo', pro 'deo' 'religione' (IV. xi. 4). quod ad Perottinum illud *auctores apte* attinet, fac conferas Plinium *N. H.* ii. 153 'qualia *aptius* suis *referentur* locis': de pugilum 'gloria' narrat Ter. *Hec.* 33.

28, 27. librarii alicuius neglegentia inter se sunt transpositi qui, quem *Simonidem* in u. 28 legerat, *Simonidem* uersus 25 esse putauit.

Epilogus.

9. Cl. Ph. 268.

LIBER V

i. 1. Cl. R, 21.

15. Cl. Q. 91 sq.

18. Cl. Q. 90 sq.

iii. 10. Cl. Q. 92.

iv. 9. A. J. Ph. 388.

v. 35. A. J. Ph. 392.

vii. 17. C. Ph. P. 9.

18. *perducit* . . *ut* scripsi (cf. Plaut. *Most.* 198) ut et sententiae et sermonis Latini consuetudini ceteris inuentis (*adducit, abducit*) accommodatius et ad *reducit* proxime accedens. nam quod *a se* ante *reducit* exhibent codices unde uenerit cum nemo adhuc expedierit, ex interpretamento '*se*ducit' natum esse haud absurde putaueris.

26. *insonuit canticum* ut Statius *Silu.* ii. 7. 114 'nobile carmen insonantem', *inposuit*, medii aeui interpretamentum, etiamnum concoquitur a quibusdam.

x. 6. Cl. Q. 178.

APPENDIX PEROTTINA

i. 1 b. *per terram* quod exhibent Paraphrastae serioris aetatis est. stomachantis simii est litterae eiusdem repetitio; cf. u. 5.

5 b. *tegimine* (Wiss.) praetuli *tegumento* ea de causa quod illo in iambis, hoc in pedestri sermone utitur Seneca.

ii. 3. quod coniecit Havet *attribuissem* nequaquam necessarium est, cum Natura et Fortuna (u. 4), quasi natura singulorum, paene idem sint; cf. Lucretius v. 77 et 107 et Propertius ii. 22. 17, 18.

6. *gloriam*, sc. gloriationem, Nou. Fab. i. 9.

iv. 2. *cura subtili* etiam Manilius iii. 43. a *creta subtili* non multum distat quod scripsit Iuuenalis xiv. 35. nescio unde Hyginus miram fabulam (210) de 'Cura cretosum lutum' fingente hauserit.

22. *consentio* interpretamenti instar habet; cf. Corp. Gl. iv. 9. 19, 10. 50.

v. 1. *quod* dictum ut in III. xii. 6.

4, 5. quod coniecit Nauck *sudore—labore* et uerbis concinnius et numerorum primo tarditate mox celeritate ad rem ipsam accommodatius; cf. Hom. *Od.* xi. 598.

6. *nullo fine* Ou. *ex Pont.* i. 1. 74. cogitaram etiam de *sempiternas*, cf. Cic. Tusc. i. 9, idem de *fine dempto*, modo de ordine uerborum constaret.

15. *maiorem terrae locum* uereor ut Phaedri sit, etsi *maiorem locum* per se quidem nihil offensionis habet ut apud Senecam *N. Q.* ii. 27. 4, idemque dixit in *Thyesta* 21 'regione quicquid impia cessat loci'.

vi. 13. *castigare* a grammaticis uidetur uenisse; Caper, *Gr. Lat.* (Keil) viii. 104. 3 '*castigauit* me uti dicas, non *corripuit* me'. utrumque simul Iuuenalis xiv. 54. *exagitate* olim conieci recepitque Gow.

viii. 20. *uero* bis exhibent codices infra corruptum, *uirum*, et supra emendatum.

28. Burmani coniecturae quodam modo fauet Quadrigarii in re simili locus ap. Gellium ix. 13. 18 'caput praecidit'.

ix. 1 a. *omnibus*, quod per homoeographon *-ibus* excidisse putandum est, et *praesentibus* sollemnia sunt in re tali; cf. Ou. *Met.* xiv. 812 'concilio quondam praesente deorum' et Plaut. *Pseud.* 125 sq. 'dico omnibus | pube praesenti in contione omni poplo'.

1 b. *marita* Iuno notissimum. *quippe* dictum est ut in I. xxviii. 7, III. ii. 5. *uno contentae uiro* sollemnis in hac re locutio, cuius exempla tibi praestabit ipse Thesaurus Latinus *s. u.* p. 679. 66 sqq.

2. *repellit* pro interpretamento habui coll. Corp. Gl. iv. 562 'repudiare: repellere'; cf. ib. v. 479. fuit ubi de *non reicit* cogitarem coll. Ter. *Ph.* 18, 717.

3 b. hoc ex uersu clarissime apparet quid in loco male corrupto grassata possit inscitia. homo insulsus, quem quia alio nomine non possumus appellemus Romulum, *quamuis* (sc. 'quantumuis'), cum ad *patientem* spectaret, ad *gallinam* attraxit, necnon *patientem* et *taciturnam*, *lanificii* miseras reliquias, et quod ex *domisedam* siue ipse siue alius fecerat *domesticam*. euaserunt itaque tibi 'cum interrogaret *patientem* et *taciturnam domesticam*' (quas uellem etiam hodie haberemus tam gallinas quam feminas) 'suam gallinam' *Ro.*, ex parte uel peiora. quibus ex parietinis quam eruimus sententiam, neque ipsi rei, Iunoniae castitatis laudi, incongruens est neque a Phaedro aliena; cf. IV. v. 5, 35. *lanificii patiens* dictum ut 'patiens iniuriae' I. v. 3. *domisedam*, Graece οἰκουρόν, tituli sepulcrales cum testantur, tum interpretantur, ut C. I. L. vi. 11602 (Buecheler 237) u. 2 '*lanifica* pia pudica frugi casta *domiseda*' et C. I. L. i. 1007 '*domum seruauit. lanam fecit.* dixi. abei'.

9. *plane* cum *immo* coniungendum est ut apud Plautum *Mil.* 462.

10. *ex toto* = h. e. 'omnino' ut Seneca non uno loco.

xi. 4. *saeuus ille.* sic 'placidus ille', h. e. 'non saeuiens', II. i. 7, 'at ille lentus' I. xv. 7. quod ad *saeuus* attinet cf. Hor. *Ep.* ii. 2. 21 et Verg. *Aen.* vi. 544 'ne saeui, magna sacerdos', h. e. 'noli irasci'. *ualuisset*, interpunctione rariore sed licita, quod Haueti causa moneo.

8, 9. Cl. Q. 96.

xiii. 5. A. J. Ph. 390.

19. *uritur* codices pro *urit* ut *datur* pro *dat* III. 7. 22.
24. *reuinxit.* C. Ph. P. 10; cf. Catull. lxi. 33.
28. A. J. Ph. 390.
xiv. 6. Cl. Ph. 269.
21. *proxime*, non *proximum.* ipsum tectum subire reueretur asellus.
27. *rēcreare* nusquam legi notauit Quicherat in Thesauro Poetico, nec satis simile illud 'reccidat' III. xviii. 15; sed nihil mutaui, quamuis *reciperatus gaudiis* optime dici et Varro *R. R.* i. 13. 1 'se quiete reciperare' demonstret et Vitruuius ii. 9.
xv. 7. Cl. R. 21.
10. A. J. Ph. 390.
xvi. 6, 7. Cl. Q. 96.
xvii. 6. Cl. Ph. 269 sq.
8. *sero dolore* et sententia flagitante restitui, cf. I. xiii. 2, et uerborum consulens concinnitati, cf. I. ix. 10 et App. xix. 9. *pari* progenuit error, *similis* illius *querellae* male memor, ex *pi*, h. e. '*lupi*' bis scripto, aut ex *se* male lecto (nam *s*, *r* et *e*, *-i* passim a librariis Phaedri confunduntur), cum *ro* ante *dolore* iam haustum esset.
xix. 8. *attraxit* satis tuentur loci in Thesauro Latino adlati.
xx. 4. *simul* paullo insolentius in exitu sententiae positum ad initium traduxit Perottus; tu uero fac conferas III. xiv. 3, IV. xxii. 10 alia simulque reputes frequentatum a Phaedro in fine uersus hoc uocabulum, tum et *inter uillos* atque *haeserunt* nullo modo distrahenda.
xxi. 3. *corripuit gradum*, quod dixerat Horatius *Carm.* i. 3. 33, librarii cum in *coepit gradum* facili errore corrupissent, metri gratia pro *nullum* inlatum est *neminem*; cf. III. ii. 5.
7. Cl. Q. 96 sq. *circumspectans*, h. e. circumspect*antis.* sic Lucanus viii. 861 *fortuna iacens* pro *iacentis.*
xxiv. 2. Cl. Ph. 270, Cl. Q. 97.
6. *dolosa* fortasse ferendum est, licet aliter sit dictum in II. iv. 17. *dolose* iniuria Hauetus inuento suo praetulit longe illi quidem elegantiori. *subblandiri* apud comoedos usitatissimum.
xxvi. 1. Cl. Ph. 270. in hac quoque fabula ambigua traduntur. *leporem* enim Perottinus codex, *lupum* Paraphrastae inducunt, mox in u. 5 ille *agro*, hi *iuro* praestant. iam de *uulpe* fabulam Babrius narrat 50 (cf. I. vii. 1 ibique adnotata), *iurantem* idem inducit nec tamen uulpem sed rusticum.
9. *nictu*, Cl. Ph. 271; *νεύων* certe Babrius sed, quod multum interest, *τῷ δακτύλῳ* ille, non *ὄμμασιν*.
13. parum interest utrum *maximas me gratias* an *gratias me maximas* legatur, sed illud facilius.
xxvii. 8. de lacuna cf. Cl. Ph. 271, ubi omissum uersum (8 b) paullo aliter reformaui, uix satis, ut nunc quidem uideor, Wissemburgensis testimonio tribuens. fallacem amantium *δαριστύν* inridet Phaedrus, locutionum, ut credo, non immemor quales sunt Homeri *Il.* xxii. 127 et Theocriti xxvii. 67.
xxviii. 8. ad *praemium* Rank adfert Aelianum *de Nat. An.* vi. 34 *τὸ σπουδαζόμενον μέρος.* propius etiam illud Silianum in eadem re xv. 48 'intento *praedae* . . . hoste.'
xxix. 1. *prope uolantem*, simile est xxiii. 3 'prope iacentem'.

6. in uersu grauius corrupto *nunc tineae*, cuius litteras paene omnes illud *encuncta* continere uidetur, temptaui, ad Ouid. *Met.* xv. 373 sq. respiciens ubi poeta 'agrestes tineae, res obseruata colonis, | ferali mutant cum papilione figuram'. quippe *tineae leuitas*, more Phaedriano dictum (cf. p. xii), *tineam leuem* significabit. tum *putris cinis* non ipsa uolucris est sed illa species quam referre uidetur.
xxx. 10. saepius *respondit* uel *respondet* Phaedrus, saepius *contra* usurpauit, numquam simul utrumque. quid pro suo more scripturus fuerit, documento sunt I. i. 11 'respondit agnus', xxii. 4 'respondit ille', II. viii. 17 'respondit unus', III. vi. 4 et App. ix. 6 'respondit illa'; itaque hic non *contra* illi tribuendum sed *cantrix*, litteris *ix*, *a* ut in Noua Fab. vii. 7 ('thal*ix*mis') a librariis confusis. cf. Varro *de Re Rustica* iii. 5. 14 '(aues) cantrices ut lusciniolae ac merulae' et, ne forte 'terraneolam' uel alaudam 'cantricem' esse dubites, Marcellus *Med.* 29, 30 'corydalus auis, id est quae alauda uocatur quae animos hominum dulcedine uocis oblectat'.
11. repositum *par*, post *par* quod excidit, suum Phaedro reddit chiasmum. distractum *sub limis* et *d* littera, ut alibi quoque, cum *l* confusa illud *sub diuo* pepererunt nullo satis simili exemplo comprobatum.
12. *hic*, sc. in sublimi, nullo pacto abesse poterat ne falsa pro salsis uulpeculae ingereret alauda.

NOVAE FABVLAE.

i. 2. *cuncti* scribere potuit Phaedrus, sicut scripsit in V. v. 5, potuit etiam *popul* ut Ouidius *Fast.* iii. 726 aliique, utrumque simul non potuit.
iv. 2, 3. bis, nisi fallor, hic turbas dedit homoeographon, cum in 'trahebant *plostrum*' hoc, quod utique per *o* scribendum est, ante *bos dum* exciderit et mox post *cornu cursu.* 'cursum tendere' etiam Vergilius.
4, 5. crassa Minerua Paraphrastes *refert*, quod idem ualet ac *reddit*, de dicendo uidetur intellexisse ut multa alibi etiam socordius. iam *solus* abesse non potest et *luctatus*, detruncatum scilicet per homoeographun, de bubus paene proprium est, Plin. *N. H.* xviii. 177, Verg. *G.* ii. 357, Sil. It. vii. 359.
vi. 2, 3. haec secundis curis propius ad Phaedri consuetudinem scripsi et interpunxi; cf. I. vii. 1, V. vi. 1.
vii. 3. *amator* ideo nunc praetuli quod uim amandi uerbalem planius indicat quam *maritus* et facilius post Iuppi*ter* excidere potuit. ne multa, 'amator Iuppiter' uel ex Plaut. *Amph.* 106 notus est.
viii. 7. hic etiam inuitus succurrit Phaedro Digbeianus. *concessimus* praestat parum recte ille quidem sed in tantum utiliter ut tritum illud ceterorum Paraphrastarum *dedimus* pro interpretamento explodat. sic etiam in III. xviii. 2 nonnulli ex illis *datum* exhibent cum *tributum* deberent. *tribuimus* hic dictum ut 'tribuam' App. iii. 7.
ix. 5. Catullum nouerat Phaedrus quod uel ex IV. xxi. 5 (Catull. xliv. 4) apparet et Catullianum illud *multiplici dape* (lxiv. 304) neque rem ipsam non reddit neque a locutione Phaedri abhorret (II. iv. 24, vi. 15). quid quod Ademarus fideliter, ut est captus interpretum,

his uerbis reddit 'plurimo *refertam cibo*'; cf. 'plenam : *refertam*' Corp. Gl. iv. 552. 38 'dapis . *cibus*' ib. v. 283 'dapis : *cibus*' ib. iv. 502. 6 *cett.* quod *Ro.* praestant 'omnibus *bonis*' sermonem uulgarem uidetur sapere; cf. Petronius 125.

7. locum totum retractanti iam iusto breuior uisus est Ademarus. nam quod ceteri habent 'mures (*uel* illi) *strepitu territi* fugam *per diuersa* (loca) petierunt *uel* ceperunt (mures perterruit ita ut fugam per diuersa loca tenerent)' neque abrupte nimis orationem inducit et exquisitiora quaedam praebet quam pro ingenio Paraphrastarum, quo de genere uidetur illud *per diuersa*; 'loca' enim de suo addunt idque non omnes. quod autem uarie fugam *petere* uel *capere* uel *tenere* mures apud eos dicitur, ipsi declarant nihil horum a Phaedro profectum esse, quem breuiter et concinne sic opinor scripsisse:

quo per diuersa mures strepitu territi,
urbanus noto facile se abscondit cauo,
at miser ignota rusticus trepidat domo.

17. facilius, ut nunc quidem mihi uidetur, et ad sententiam loci accommodatius *securum* quam *secum* quod illi antea praetuleram. idem de *curis* u. 16 dicendum erat.

x. 3. de tertia uespertilionis syllaba pluribus in Hermathena l. c. disputaui.

PHAEDRI FABVLAE

SIGLORVM CONSPECTVS

PHAEDRI CODICES:

P = Pithoeanus — saec. ix

R = Remensis, nunc deperditus, Pithoeani ut uidetur aequalis, *R'* = lectiones eiusdem quarum unus tantum testis sit

r = codicis *R* correctiones uetustae

D = schida P. Danielis Vaticana Reg. 1616 — saec. ix

NICOLAI PEROTTI SYLLOGES CODICES:

N = Neapolitanus ab ipso ut uidetur conscriptus — saec. xv

V = Vaticanus Vrbinas 368 — saec. xvi

PARAPHRASTARVM QVOS DICVNT CODICES:

Singillatim citantur

Ad. = Ademari codex Vossianus Lat. oct. 15 — saec. xi

Wiss. olim Wissemburgensis, nunc Guelferbytanus Gudianus Lat. 148 — saec. x

Non singillatim, ut fere, citantur

Ro. = Romuli quae dicuntur fabularum codices. sunt autem hi:

Recensionis Gallicanae, quo nomine dicit Thiele, *B* Burneianus 59 Musei Britannici, saec. x; *M* Cenomannensis 84, saec. xiii; *F* Ashburnhamiensis Florentinus 1555, saec. xiii; *O* codex Corporis Christi Collegii apud Oxoniensis 42, saec. xiv; *S* codex fort. saec. x nunc deperditus unde pendent Steinhoeweli Fabulae Aesopi a. 1476 typis impressae.

Recensionis Veteris quam dicit idem *V* codex Vindobonensis Lat. 303; *E* codex Erfordtensis Berolinensis Lat. oct. 87; *Vi* codex Vindobonensis Lat. 901, saec. xiii; W^2 Wissemburgensis codicis manus correctrix, saec. xi

Pith. = editio Petri Pithoei a. 1596

H = editio Ludouici Havet a. 1895

Th = Georgii Thiele *Romuli Aesopus Latinus* a. 1910

*** Asteriscorum duplex ratio. uersuum numeris adscripti, ut puta I. ii. 28*, ad praefationem aut additamentum criticum reuocant lectores. doctorum uero nominibus in adnotatis ad Nouas Fabulas subiuncti, ut puta x. 4 'uiderat *Zander**', significant quae ab illis eadem a nobis ipsis denuo fuisse reperta

PHAEDRI
AVGVSTI LIBERTI
FABVLARVM AESOPIARVM

LIBER PRIMVS

PROLOGVS

AESOPVS auctor quam materiam repperit,
hanc ego poliui uersibus senariis.
duplex libelli dos est: quod risum mouet,
et quod prudenti uitam consilio monet.
calumniari si quis autem uoluerit, 5
quod arbores loquantur, non tantum ferae,
fictis iocari nos meminerit fabulis.

I

LVPVS ET AGNVS

AD riuum eundem lupus et agnus uenerant,
siti compulsi. superior stabat lupus,
longeque inferior agnus. tunc fauce improba
latro incitatus iurgii causam intulit;
'Cur' inquit 'turbulentam fecisti mihi 5
aquam bibenti?' laniger contra timens

Liber I. *Inscr.* FEDRI AVGVSTI LIBERTI LIB FABVL'RV *P et sic nisi quod habuit* LIBER FABVLARVM *R'*: PHEDI AVG̃. LIBER I AESOPHIARV̄ INCIP̄ FELICITER *D pro titulo. sequentibus* DE LEONE ET ASINO, *ante* I. xi. 2

Prologus: **H** 1. 3 dos *P*: os *P m.* 1: mos *P m.* 2 4 prudenti *Bongars*: prudentis *PR*

I. H 2, Th 3. 3 fauce *RAd.*: face *P* 5 quur *P et similia passim*: qur *Havet* fecisti mihi *Ad. Rigault*: mihi f. *P*

'Qui possum, quaeso, facere quod quereris, lupe?
a te decurrit ad meos haustus liquor'.
repulsus ille ueritatis uiribus
'Ante hos sex menses male' ait 'dixisti mihi'. 10
respondit agnus 'Equidem natus non eram'.
'Pater hercle tuus' ille inquit 'male dixit mihi';
atque ita correptum lacerat iniusta nece.
Haec propter illos scripta est homines fabula
qui fictis causis innocentes opprimunt. 15

II

RANAE REGEM PETIERVNT

ATHENAE cum florerent aequis legibus,
procax libertas ciuitatem miscuit,
frenumque soluit pristinum licentia.
hic conspiratis factionum partibus
arcem tyrannus occupat Pisistratus. 5
cum tristem seruitutem flerent Attici,
non quia crudelis ille, sed quoniam graue
omne insuetis onus, et coepissent queri,
Aesopus talem tum fabellam rettulit.
'Ranae, uagantes liberis paludibus, 10
clamore magno regem petiere ab Ioue,
qui dissolutos mores ui compesceret.
Pater deorum risit atque illis dedit
paruum tigillum, missum quod subito uadi
motu sonoque terruit pauidum genus. 15
hoc mersum limo cum iaceret diutius,

7 quereris *Pith(ou)*: queris *PR'* 10 male ait *H. Grotius*: ait m. *PR'* 12 ille *om. P, add. Bothe*: ibi *Langen*
II. **H** 3, **Th** 27. 7 graue *Pith.*: grauis *PR'*: grauest *L. Mueller praeeunte Tollio* 8 omne *Heinsius*: omnino *PR'* et *PR'*: est *R'* queri *P m.* 2 *R'*: quer *P* 9 retulit *PR' ? et similia alibi* 11 ab *Cunningham*: a *P*: *cf.* IV. xvi. 1 12 ui *Pith.*: ut *P* 14 uadi *PR'*: leui *Ad.*: uadis *Pith. alii* 16 lateret *Heusinger*: mersae laterent *Ad.*

forte una tacite profert e stagno caput,
et explorato rege cunctas euocat.
illae timore posito certatim adnatant,
lignumque supra turba petulans insilit. 20
quod cum inquinassent omni contumelia,
alium rogantes regem misere ad Iouem,
inutilis quoniam esset qui fuerat datus.
tum misit illis hydrum, qui dente aspero
corripere coepit singulas. frustra necem 25
fugitant inertes; uocem praecludit metus.
furtim igitur dant Mercurio mandata ad Iouem,
adflictis ut succurrat. tunc contra Tonans
"Quia noluistis uestrum ferre" inquit "bonum,
malum perferte". uos quoque, o ciues,' ait 30
'hoc sustinete, maius ne ueniat, malum'.

III

GRAGVLVS SVPERBVS ET PAVO

NE gloriari libeat alienis bonis,
suoque potius habitu uitam degere,
Aesopus nobis hoc exemplum prodidit.
Tumens inani gragulus superbia
pinnas, pauoni quae deciderant, sustulit, 5
seque exornauit. deinde, contemnens suos
immiscet se ut pauonum formoso gregi,
illi impudenti pinnas eripiunt aui,

19 illae *Pith.*: ille *P*; *talia alibi praeterimus nisi ubi uerba confundantur diuersa* 20 supra *Ad. Pith.*: super *PR'*: superque lignum *Riese* 28* Tonans *scripsi*: deus *P*: Iuppiter *uel* altitonans *uel* Iuppiter intonans *Paraphrastae* 30 o *om. P, add. Rittershausen*
III. **H** 4, **Th** 45. 2 que *P*: quin *Ad.*: que ut *Havet*: *cf.* IV. xviii. 31 *et adn.* 4 gragulus *ita PAd. Havet* 5 pennas *P ut alibi*: *cf.* xiii. 6 6 seque ex inde ornauit *Ad.*: *unde* exin *pro* deinde *Gruner*: inde *Burman* 7* immiscet se, *quod Marcilius, et* ut *scripsi*: immiscuit se *PR*

fugantque rostris. male mulcatus gragulus
redire maerens coepit ad proprium genus, 10
a quo repulsus tristem sustinuit notam.
tum quidam ex illis quos prius despexerat
'Contentus nostris si fuisses sedibus
et quod Natura dederat uoluisses pati,
nec illam expertus esses contumeliam 15
nec hanc repulsam tua sentiret calamitas'.

IV

CANIS PER FLVVIVM CARNEM FERENS

AMITTIT merito proprium qui alienum adpetit.
Canis, per flumen carnem cum ferret, natans
lympharum in speculo uidit simulacrum suum,
aliamque praedam ab altero ferri putans
eripere uoluit: uerum decepta auiditas 5
et quem tenebat ore dimisit cibum,
nec quem petebat adeo potuit tangere.

V

VACCA ET CAPELLA, OVIS ET LEO

NVMQVAM est fidelis cum potente societas.
testatur haec fabella propositum meum.
Vacca et capella et patiens ouis iniuriae
socii fuere cum leone in saltibus.

9* fugantque rostris *P*: effugantque miserum *Ad.*: *ex* morsu *ut uid. ortum*: *cf.* morsibus . . . fugauerunt *Wiss.*: calcibus et morsibus fatigant (-auerunt) *Ro.* 13 si non erubesceres ut tuas uestes amasses *Ro.* 15 expertus *P m.* 2 *Ad.* (fuisses): exper *P m.* 1

IV. **H** 5, **Th** 6. 2* cum *Ad Wiss. Scheffer*: dum *P* *interpunxi post* ferret: *uulgo post* natans 4 altero *Ad.*: alio *PR'*: alio cane *Bentley* 7 tangere *Ad.* (non potuit uel extrema t. dente, *fortasse Horati S.* ii. 6. 87 *memor*): attingere *P*, *quo seruato* potuit adeo *Rigault*

V. **H** 6, **Th** 8. 1* potenti *Hare Havet* nunquam f. c. potente societas sit copulanda *Ad. unde* potentest *coni. Havet*

hi cum cepissent ceruum uasti corporis, 5
sic est locutus partibus factis leo:
'Ego primam tollo nomine hoc quia rex cluo;
secundam, quia sum consors, tribuetis mihi;
tum, quia plus ualeo, me sequetur tertia;
malo adficietur si quis quartam tetigerit'. 10
sic totam praedam sola improbitas abstulit.

VI

RANAE AD SOLEM

VICINI furis celebres uidit nuptias
Aesopus, et continuo narrare incipit
* *
uxorem quondam Sol cum uellet ducere,
clamorem ranae sustulere ad sidera.
conuicio permotus quaerit Iuppiter 5
causam querellae. quaedam tum stagni incola
'Nunc' inquit 'omnes unus exurit lacus,
cogitque miseras arida sede emori.
quidnam futurum est si crearit liberos?'

VII

VVLPIS AD PERSONAM TRAGICAM

PERSONAM tragicam forte uulpes uiderat:
quam postquam huc illuc semel atque iterum uerterat, 1 b

5 cepissent *Ad.*: coep. *P* 7* nomine hoc *Bentley*: nominor *P* quia rex *Havet*: rex quia *Gude*: rex *om. P* cluo *scripsi*: leo *P* 8* consors *Gow*: socius *Withof*: fortis *PAd. Ro. Wiss.* 9* plus ualeo *PAd. Wiss.*: plus uobis cucurri *Ro.*, *ex* uado *uel* uelox *ortum*

VI. **H** 7, **Th** 10. 1 Vicini *P*: Vicinis *Havet*, *cf.* Vicini qui erant furis (furi, uiri) frequentabant (-are) (illi) nuptias *Paraphrastae* 2* *Aliquid periit* (*ut Hartmano quoque uidetur*) *si Paraphrastis fides, uelut*

conuiuis interueniens talem fabulam.
'Vos uestra audite quae sint' inquit 'gaudia'

8 cogit *Wiss. Pith.*: -et *PR'* 9 crearit *Pith.*: -auerit *Paraphrastae*: -aret *PR'*

VII. **H** 8, **Th** 44. 1* tragoedi *Paraphrastae* uulpes *Pith.*: uulpis *P ut alibi*: lupus *Ro. Wiss.*, *idem* in agro (in agr. *om. Wiss.*) inuenit *alterius lectionis* lupus in agro inuenerat *reliquias* 1 b *uersum amissum ex Paraphrastarum indiciis* quam semel et iterum uertit (uersans) *Ro.*, dum girasset illa et regirasset *Wiss.*, *suppleui*

'O quanta species inquit 'cerebrum non habet!'
Hoc illis dictum est quibus honorem et gloriam
Fortuna tribuit, sensum communem abstulit.

VIII

LVPVS ET GRVIS

QVI pretium meriti ab improbis desiderat,
bis peccat: primum quoniam indignos adiuuat,
inpune abire deinde quia iam non potest.
Os deuoratum fauce cum haereret lupi,
magno dolore uictus coepit singulos 5
inlicere pretio ut illud extraherent malum.
tandem persuasa est iureiurando gruis,
gulae quae credens colli longitudinem
periculosam fecit medicinam lupo.
pro quo cum pactum flagitaret praemium, 10
'Ingrata es' inquit 'ore quae nostro caput
incolume abstuleris et mercedem postules'.

IX

PASSER AD LEPOREM CONSILIATOR

SIBI non cauere et aliis consilium dare
stultum esse paucis ostendamus uersibus.
Oppressum ab aquila, fletus edentem graues,

2* inquit sed *Wiss.* : ait et (sed) *Ro.* habes *Scheffer*
VIII. **H** 9, **Th** 11. 2 indignos *Ad. Pith.* : dignos *PR'* 3 inp. ab. deinde *PR'* : ab. deinde imp. *R* : importune deinde *Ad.* 6 precio *P et talia alibi* 7* *fort.* persuasumst . . . grui 8 quae *Lefebvre* : -que *P* 9 medicamen *Ad.* 10 pactum *Ad.* : factu *P* : -um *R'* 11 ori *Ad.* 12 incolome *P, ut alibi, et pars Paraphrastarum* extuleris *Ad.* postules *Rittershausen* : postu(o *R*)las *PR* : postulare uideris *ex* postulaueris *ortum Ad.*
IX. **H** 10, **Th** 81. 1 conlium *P m.* 1 2 ostendemus *Tollius* 3 edentem *Pith.* : sedens *P* : Oppressam aquilam et fletus dantem lepus obiurgabat passerem *Ad.*, *unde* fletus et dantem *Mueller*

leporem obiurgabat passer 'Vbi pernicitas
nota' inquit 'illa est? quid ita cessarunt pedes?' 5
dum loquitur, ipsum accipiter necopinum rapit
questuque uano clamitantem interficit.
lepus semianimus 'Mortis en solacium:
qui modo securus nostra inridebas mala,
simili querella fata deploras tua'. 10

X

LVPVS ET VVLPIS IVDICE SIMIO

QVICVMQVE turpi fraude semel innotuit,
etiam si uerum dicit, amittit fidem.
hoc adtestatur breuis Aesopi fabula.
Lupus arguebat uulpem furti crimine;
negabat illa se esse culpae proximam. 5
tunc iudex inter illos sedit simius.
uterque causam cum perorassent suam,
dixisse fertur simius sententiam:
'Tu non uideris perdidisse quod petis;
te credo subripuisse quod pulchre negas'. 10

XI

ASINVS ET LEO VENANTES

VIRTVTIS expers, uerbis iactans gloriam,
ignotos fallit, notis est derisui.
Venari asello comite cum uellet leo,
contexit illum frutice et admonuit simul

5 *Hic* hoc uere te fecit insidiari et sustinere *additum in Ad. ubi etiam* talibus dum loquitur 8 en *Sanadon* : in *PR'* solatium *Sanadon* : solatio *PR'* : solatia *Heinsius*
X. **H** 11, **Th** 48. 4 furti *Ro. Pith.* : forti *PR' Ad.* 5 obnoxiam *Heinsius* 8 sententiam *Pith.* : sentiam *P* 9 id quod *Havet*
XI. **H** 12, **Th** 83. *habet D cum titulo* DE LEONE ET ASINO *in margine ad u.* 2 1 *om. D* 2 derisui *D m.* 2, *de m.* 1 *non liquet*

ut insueta uoce terreret feras, 5
fugientes ipse exciperet. hic auritulus
clamorem subito totis tollit uiribus,
nouoque turbat bestias miraculo:
quae, dum pauentes exitus notos petunt,
leonis adfliguntur horrendo impetu. 10
qui postquam caede fessus est, asinum euocat,
iubetque uocem premere. tunc ille insolens
'Qualis uidetur opera tibi uocis meae?'
'Insignis' inquit 'sic ut, nisi nossem tuum
animum genusque, simili fugissem metu'. 15

XII

CERVVS AD FONTEM

LAVDATIS utiliora quae contempseris,
saepe inueniri testis haec narratio est.
Ad fontem ceruus, cum bibisset, restitit,
et in liquore uidit effigiem suam.
ibi dum ramosa mirans laudat cornua 5
crurumque nimiam tenuitatem uituperat,
uenantum subito uocibus conterritus,
per campum fugere coepit, et cursu leui
canes elusit. silua tum excepit ferum;
in qua retentis inpeditus cornibus 10
lacerari coepit morsibus saeuis canum.

5 ut ille ins. u. terr. et f. *D* 6 ipse ut *PR'* auritulus *Rigault*: auriculus *D*: auriculas *PR'* 7 subitum *D* tollit totis *PR* 10 adficiuntur *PR* 11 est *om. PR* 13 quales *P m.* 1 tibi uid. opera *PR'*: opera tibi uid. *R'* 14 sic ut *om. D* 15 fuissem in m. *PR'*

XII. **H** 13, **Th** 57. *Habet D, cum titulo* CERVVS AD FONTEM LAVDAT CORNVA *post u.* 2 *descripto* 1 Laudatis *P*: sepe esse *D*: temseris *P m.* 1 2 s(a)epe inueniri *PR'*: eius rei *D* testis *om. PR* erit narratio *PR* 4 fagiem *D m.* 1 5 laudat mirans *D* 7 uenatum *D* 9 canes *P*: molos (malos) *Ro. Wiss.*, *unde* lusit molossos *Mueller* elusit] euasit *uel* euasisse dicitur *Paraphrastae*

Tum moriens edidisse uocem hanc dicitur:
'O me infelicem, qui nunc demum intellego,
utilia mihi quam fuerint quae despexeram,
et, quae laudaram, quantum luctus habuerint'. 15

XIII

VVLPIS ET CORVVS

QVAE se laudari gaudent uerbis subdolis,
serae dant poenas turpi paenitentia.
Cum de fenestra coruus raptum caseum
comesse uellet, celsa residens arbore,
uulpes inuidit, deinde sic coepit loqui: 5
'O qui tuarum, corue, pinnarum est nitor!
quantum decoris corpore et uultu geris!
si uocem haberes, nulla prior ales foret'.
at ille, dum etiam uocem uult ostendere,
lato ore emisit caseum; quem celeriter 10
dolosa uulpes auidis rapuit dentibus.
tum demum ingemuit corui deceptus stupor.

12 tunc *P* edidisse uocem hanc *Heinsius*: uoc. hanc edidisse *P*: dedisse uoc. hanc *D* 14 utilia *D*: ut illa *PR'* profuerint *P* 15 qui *P m.* 1 deceptuosa laudaui *longius a* luctus *sententia Paraphrastae*: *cf. ps. Dositheus* 'a quibus *deceptus* fuisset'

XIII. **H** 14, **Th** 19. *Habet D cum titulo* VVLPIS AD CORVVM *ante u.* 1 1* Quae *D*: Qui *et* gaudet *P*: Qui . . . gaudent *uel* gaudet *Paraphrastae* 2 serae *D i. q.* sero (*Dressler*): fere *P* (*cf. Ad.* ferunt poenas turpi poenitentia indiscretas): sera *Rigault* 5 uulpes *D*: uulpis *PR ut alibi* 5* inuidit *scripsi*: ut uidit *D*: hunc uidit *P* 6 quis *D* pinnarum *D*: penn. *P ut alibi* uigor *Ad.*, '*an legit* nigror?' *Havet quem uide* 7 decorem *D* 8 uocem latiorem *add. Ad.*: claram (*ex* clariorem *natum?*) *Ro. Wiss.* 9 *ita Bentley*, dum etiam uult uocem ostendere *D*: stultus dum uult uocem ost. *P*: dum uult (cupit) placere et uoc. suam ost. *Ro. Wiss.*, *unde* suauem dum uult uoc. ost. *Havet* 10* lato ore emisit *Havet*: latiorem emisit ore *D* (*cf.* latiorem emisit *Ad.*): emisit ore *P*, *melius erat* amisit (*Burman*) *uel* misit 12 tunc *D*, *qui in hoc uersu usque ad* XVII. 1 *deficit*, *Paraphrastae* coruus *D*, *qui add.* cur dolosis | Fuisset deceptus fraudibus ut ignauus: *cf. Ad.* tunc demum coruus ingemuit quia dolo esset deceptus ut ignarus

[Hac re probatur quantum ingenium ualet;
uirtute semper praeualet sapientia.]

XIV

EX SVTORE MEDICVS

MALVS cum sutor inopia deperditus
medicinam ignoto facere coepisset loco
et uenditaret falso antidotum nomine,
uerbosis adquisiuit sibi famam strophis.
hic cum iaceret morbo confectus graui 5
rex urbis, eius experiendi gratia
scyphum poposcit: fusa dein simulans aqua
illius se miscere antidoto toxicum,
combibere iussit ipsum, posito praemio.
timore mortis ille tum confessus est, 10
non artis ulla medicum se prudentia,
uerum stupore uulgi, factum nobilem.
rex aduocata contione haec edidit:
'Quantae putatis esse uos dementiae,
qui capita uestra non dubitatis credere, 15
cui calceandos nemo commisit pedes?'
Hoc pertinere uere ad illos dixerim,
quorum stultitia quaestus inpudentiae est.

XV

ASINVS AD SENEM PASTOREM

IN principatu commutando ciuium

13, 14 *Pro* ualet *Dressler* polleat *coniecit; sed uersus Phaedro indigni sunt*

XIV. **H** 15 *Post* 5 *uersus, qualem post Hauetum finxit Speyer,* regis minister medicumque illum arcesserent *intercidisse creditur* 8* *uerba* illius se *quae post* antidoto *habent PR′, initio uersus reposui* 9* combibere *Burman*: ebibere *Richter*: bibere *PR′* 11* medicae *Heinsius* 13 edidit *J. F. Gronov. Heinsius*: addidit *PR Havet, post* contione *lacunam statuens* 16 calceandos *Pith.*: calcandos *P* 18 stultitia *Rigault*: -iae *PR* questus *PR′* impudentiae *Rigault*: -ia *Pith.*: inprudentia *PR*

XV. **H** 16. 1 ciuium s(a)epius *PR′*: saepius *deleuit Rigault,* ciuium *Pith.*

nil praeter domini nomen mutant pauperes.
id esse uerum, parua haec fabella indicat.
Asellum in prato timidus pascebat senex.
is hostium clamore subito territus 5
suadebat asino fugere, ne possent capi.
at ille lentus 'Quaeso, num binas mihi
clitellas impositurum uictorem putas?'
senex negauit. 'Ergo quid refert mea
cui seruiam, clitellas dum portem unicas?' 10

XVI

OVIS CERVVS ET LVPVS

FRAVDATOR homines cum aduocat sponsum improbos,
non rem expedire, sed malum ordiri expetit.
Ouem rogabat ceruus modium tritici,
lupo sponsore. at illa, praemetuens dolum,
'Rapere atque abire semper adsueuit lupus; 5
tu de conspectu fugere ueloci impetu.
ubi uos requiram, cum dies aduenerit?'

XVII

OVIS CANIS ET LVPVS

SOLENT mendaces luere poenas malefici.
Calumniator ab oue cum peteret canis,
quem commendasse panem se contenderet,

2* nil *Pith.*: nihil *PR′* nomen *Bongars*: mores *PR′* 10 unicas *Housman*: meas *PR*

XVI. **H** 17, **Th** 40. 1 aduocat *Heinsius*: auocat *PR*: uocat *Burman* sponsum *Burman*: sponsore *PR* improbos *Heinsius*: improbo *PR* 2* malum (*hoc alii*) ordiri *scripsi ne uersus pro conclamato abiret*: malauidere *PR* 6 tu *Pith.*: tū *P*

XVII. **H** 18, **Th** 5. *Exstat in D cum titulo* CANIS AD OVEM LVPVS TESTIS COMMODASSE CONTENDIT 1 malefici *Rigault*: maleficii *DPR* 3 commendasse *Pith.*: cummendasse *PR*: commodasse *D, cf. quod habent Paraphrastae* quem dederat (dedisset) mutuum (mutuo), *fortasse recte* se *D*: sese *PR*

lupus, citatus testis, non unum modo
deberi dixit, uerum adfirmauit decem. 5
ouis, damnata falso testimonio,
quod non debebat, soluit. post paucos dies
bidens iacentem in fouea prospexit lupum.
'Haec' inquit 'merces fraudis a superis datur

XVIII

MVLIER PARTVRIENS

NEMO libenter recolit qui laesit locum.
Instante partu mulier actis mensibus
humi iacebat, flebilis gemitus ciens.
uir est hortatus, corpus lecto reciperet,
onus naturae melius quo deponeret. 5
'Minime' inquit 'illo posse confido loco
malum finiri quo conceptum est initio'.

XIX

CANIS PARTVRIENS

HABENT insidias hominis blanditiae mali;
quas ut uitemus, uersus subiecti monent.
Canis parturiens cum rogasset alteram,
ut fetum in eius tugurio deponeret,
facile impetrauit. dein reposcenti locum 5

5 debere *D* 8 bidens *Heinsius*: uidens *D*: ouis *PR'* prospexit in fouea *D*: in fouea conspexit *P*

XVIII. **H** 19. *Exstat in D qui post uersum* 1 *pro titulo habet* MVLIER PARTVRIENS AD VIRVM 2 actis *D*: peractis *PR'* 3 humo *P* flebiles *P* 5 naturae, *h. e.* uteri 6 illa *D* 7 initio *P*: initium *D Havet*

XIX. **H** 20, **Th** 12. *Exstat in D qui post uersum* 2 *pro titulo habet* CANIS PARTVRIENS AD ALTERAM 1 Habentis *P m.* 1 *R'* homines *PR'* 4 fetus *D* tugulio *D* 5 dein *D corr.*: deinde *DPRRo. Wiss.*

preces admouit, tempus exorans breue,
dum firmiores catulos posset ducere.
hoc quoque consumpto flagitari ualidius
cubile coepit. 'Si mihi et turbae meae
par' inquit 'esse potueris, cedam loco'. 10

XX

CANES FAMELICI

STVLTVM consilium non modo effectu caret,
sed ad perniciem quoque mortalis deuocat.
Corium depressum in fluuio uiderunt canes.
id ut comesse extractum possent facilius,
aquam coepere ebibere: sed rupti prius 5
periere quam quod petierant contingerent.

XXI

LEO SENEX, APER, TAVRVS ET ASINVS

QVICVMQVE amisit dignitatem pristinam,
ignauis etiam iocus est in casu graui.
Defectus annis et desertus uiribus
leo cum iaceret spiritum extremum trahens,
aper fulmineis spumans uenit dentibus, 5
et uindicauit ictu ueterem iniuriam.
infestis taurus mox confodit cornibus
hostile corpus. asinus, ut uidit ferum

6 admouit *Pith.*: admonuit *DPR'* 7 catulos posset *P* deducere *D* 8 consumto *PR'* flagitare *P*: repetere (et cogere) *Paraphrastae* 9 coepit *Pith*: coepit illa *DPR*: illa coepit *Ad. Ro.* 10 caedam *D*

XX. **H** 21, **Th** 2. *Exstat in D sine titulo. In titulo* FAMILICI *PR'* 2 pernitiem *D* mortales *P* 4* id] *fort.* ibi; *cf. infra ad n.* 5 5 bibere *P* prius *D*: prius ibi *PR*

XXI. **H** 22, **Th** 20. *Exstat in D cum titulo* LEO DEFICIENS APER TAVRVVS ASELLVS 2 etiam iocus est *D*: est etiam iocus *P*: *de R non constat*: *corr. Pith* 5* spumans uenit *scripsi ex Paraphrastarum indiciis qui exhibent* aper ad eum uenit iratus (iracundus *Wiss.*) spumans fulmineis dentibus: uenit ad eum *D*: ad eum uenit *P*

inpune laedi, calcibus frontem extudit.
at ille exspirans 'Fortis indigne tuli 10
mihi insultare: te, Naturae dedecus,
quod ferre certe cogor bis uideor mori'.

XXII

MVSTELA ET HOMO

MVSTELA ab homine prensa, cum instantem necem
effugere uellet, 'Parce, quaeso', inquit 'mihi,
quae tibi molestis muribus purgo domum'.
respondit ille 'Faceres si causa mea,
gratum esset et dedissem ueniam supplici. 5
nunc quia laboras ut fruaris reliquiis,
quas sunt rosuri, simul et ipsos deuores,
noli imputare uanum beneficium mihi'.
atque ita locutus improbam leto dedit.
Hoc in se dictum debent illi agnoscere, 10
quorum priuata seruit utilitas sibi,
et meritum inane iactant inprudentibus.

XXIII

CANIS FIDELIS

REPENTE liberalis stultis gratus est,
uerum peritis inritos tendit dolos.

10 fortes *P* tuli *P*: fero *D* (*qui hic deficit*) *ad* ferum *u*. 8 *aberrans, mirifice Paraphrastae* 'cum esset uirtus mea, honor fuit, fuit timor' *tamquam redderent* fortis in digno fui 12* certe] cogor certe *de Meurs*: inertem *Burman*: *an* cogor recte?

XXII. **H** 23, **Th** 49. 2 parce qu inquit *Bentley*: qu. i. parce *P*: qu. parce i. *Burman* 4 faceres *r Bongars*: facerem *PR* 5 et *add. Pith. om. PR', habent Ad. Ro.* 7 quas *Ad. Ro. Rittershausen*: quae *P* ipsos] totas *Ad.*: totum *Ro. Wiss.* *Post* deuores *P add.* hic intellige soricem esse generis masculini 8 imputare *Ad. Pith.*, *cf.* nolo imputes *Ro. Wiss.*: me putare *PR'* benficium *Ad.*, *unde* benficium *Mueller*

XXIII. **H** 24, **Th** 29. 2 tendit *Pith.*: ostendit *PR*

Nocturnus cum fur panem misisset cani,
obiecto temptans an cibo posset capi,
'Heus', inquit 'linguam uis meam praecludere, 5
ne latrem pro re domini? multum falleris.
namque ista subita me iubet benignitas
uigilare, facias ne mea culpa lucrum'.

XXIV

RANA RVPTA ET BOS

INOPS, potentem dum uult imitari, perit.
In prato quondam rana conspexit bouem,
et tacta inuidia tantae magnitudinis
rugosam inflauit pellem. tum natos suos
interrogauit an boue esset latior. 5
illi negarunt. rursus intendit cutem
maiore nisu, et simili quaesiuit modo,
quis maior esset. illi dixerunt 'bouem'.
nouissime indignata, dum uult ualidius
inflare sese, rupto iacuit corpore. 10

XXV

CANES ET CORCODILLI

CONSILIA qui dant praua cautis hominibus
et perdunt operam et deridentur turpiter.
Canes currentes bibere in Nilo flumine,
a corcodillis ne rapiantur, traditum est.
igitur cum currens bibere coepisset canis, 5

4 posset *Rittershausen*: possit *PR*

XXIV. **H** 25, **Th** 50. 2 quondam *Heinsius*: quodam *P* 10 interiit *Ad. Bentley*

XXV. **H** 26, **Th** 37. 3* in *P*: ex *Ad.*, *cf. Solinus* xv. 12: e *Rittershausen* 4 corcodillis *et infra* -us *R*: corcodrillis *et infra* -us *P*

sic corcodillus 'Quamlibet lambe otio,
noli uereri'. at ille 'Facerem mehercules,
nisi esse scirem carnis te cupidum meae'.

XXVI

VVLPIS ET CICONIA

NVLLI nocendum, si quis uero laeserit,
multandum simili iure fabella admonet.
Ad cenam uulpes dicitur ciconiam
prior inuitasse, et liquidam in patulo marmore
posuisse sorbitionem, quam nullo modo 5
gustare esuriens potuerit ciconia.
quae, uulpem cum reuocasset, intrito cibo
plenam lagonam posuit; huic rostrum inserens
satiatur ipsa et torquet conuiuam fame.
quae cum lagonae collum frustra lamberet, 10
peregrinam sic locutam uolucrem accepimus:
'Sua quisque exempla debet aequo animo pati'.

XXVII

CANIS ET THESAVRVS ET VVLTVRIVS

HAEC res auaris esse conueniens potest,
et qui, humiles nati, dici locupletes student.

6* quod libet labio tuo (*ex* lābeotio *corruptum*) *Ad.* *Post* otio *PR'* *habent* pota accede noli timere sedulo ait at noli uereri inquit, *Ad.* noli uereri *tantum.* *respecto quod praestant PR, locum ita refinxit Ellis* otio ; | accede, pota, noli temere de dolo' | ait 'uereri' (temere de dolo *iam Gude*) 7 facerem mehercule *Pith.* : f. mercules *Mueller*: facere mehercule *P. m.* 1: facerem hercule *P. m.* 2 *R'*. *Phaedrus* mehercules *dedisse uidetur ut Seneca constantissime*

XXVI. **H** 27. **Th** 43. 2 ammonet *PR' Havet*. 4* patulo l in marmore (*hoc Havet*) *scripsi*: illi liquidam in patena *PR'* : in marmore *Wiss.* : in scutella *Ad.* : in catino *Ro.* 5 sorbitione *P* : *corr. Pith.* 7 intrato *P m.* 1

XXVII. **H** 28, **Th** 38.

Humana effodiens ossa thensaurum canis
inuenit, et, uiolarat quia Manes deos,
iniecta est illi diuitiarum cupiditas, 5
poenas ut sanctae religioni penderet.
itaque, aurum dum custodit oblitus cibi,
fame est consumptus. quem stans uulturius super
fertur locutus 'O canis, merito iaces,
qui concupisti subito regales opes, 10
triuio conceptus, educatus stercore'.

XXVIII

VVLPIS ET AQVILA

QVAMVIS sublimes debent humiles metuere,
uindicta docili quia patet sollertiae.
Vulpinos catulos aquila quondam sustulit,
nidoque posuit pullis escam ut carperent.
hanc persecuta mater orare incipit, 5
ne tantum miserae luctum importaret sibi.
contempsit illa, tuta quippe ipso loco.
uulpes ab ara rapuit ardentem facem,
totamque flammis arborem circumdedit,
hosti dolorem damno miscens sanguinis. 10
aquila, ut periclo mortis eriperet suos,
incolumes natos supplex uulpi reddidit.

5 *et* 6 *inter se transponendos esse coni. Havet* 7 *distinxi, uulgo* oblitus cibi *cum sequentibus iungunt* 9* iaces *P*: luis *Ad.* : *fort.* meritum luis 11 educatus *Bentley*: et ed. *P*

XXVIII. **H** 29, **Th** 16. 1 humiles *Ad. Pith.* (-is *Havet*) : homines humiles *P* 2 solertiae *Rigault* : -ia *P* 4 posuit *P Wiss.* : apposuit *Ad. Heinsius* carperet *Heinsius* : ut (quos) daret *uel* daturus *Paraphrastae* 5 prosecuta *Ro. Wiss.* : pers. *PR'* 8* uulpes *Pith.* : uulpis *P* *an* ardorem facis? 10* miscens *P Paraphrastae* : iniciens *Iac. Gronov* 11 periclo *Pith.* : pericolo *P ut alibi* 12 incolumis *Wiss. Havet* : incolomes *PR'* reddidit *Paraphrastae* : tradidit *P*

XXIX

ASINVS INRIDENS APRVM

PLERVMQVE stulti, risum dum captant leuem,
graui destringunt alios contumelia,
et sibi nociuum concitant periculum.
Asellus apro cum fuisset obuius,
'Salue' inquit 'frater'. ille indignans repudiat 5
officium, et quaerit cur sic mentiri uelit?
asinus demisso pene 'Similem si negas
tibi me esse, certe simile est hoc rostro tuo'.
aper, cum uellet facere generosum impetum,
repressit iram et 'Facilis uindicta est mihi: 10
sed inquinari nolo ignauo sanguine'.

XXX

RANAE METVENTES TAVRORVM PROELIA

HVMILES laborant ubi potentes dissident.
Rana e palude pugnam taurorum intuens,
'Heu, quanta nobis instat pernicies' ait.
interrogata ab alia cur hoc diceret,
de principatu cum illi certarent gregis 5
longeque ab ipsis degerent uitam boues,
'Sit statio separata ac diuersum genus;
expulsus regno nemoris qui profugerit,
paludis in secreta ueniet latibula,
et proculcatas obteret duro pede. 10
ita caput ad nostrum furor illorum pertinet'.

XXIX. **H** 30, **Th** 14. 3* nociuum *P*: nociturum *Burman* 4 tulisset se *Havet* 7 demisso *Rigault*: dim. *PR* pede *P m.* 2 *Ad.* 11 ignauo sanguine] de uano s. *Ro.*: in s. tuo *Wiss.*
XXX. **H** 31. 2 e *Bentley*: in *P* 6 ipsis *Bothe*: illis *ex* 5 *P* 7* sit *scripsi*: est *PR'* statio *Gude*: ratio *PR'* separata inquit *PR*: separ (*Schoppe*) ait ac *Wase*: inquit *deleuit Rittershausen*

XXXI

MILVVS ET COLVMBAE

QVI se committit homini tutandum improbo,
auxilia dum requirit, exitium inuenit.
Columbae saepe cum fugissent miluum,
et celeritate pinnae uitassent necem,
consilium raptor uertit ad fallaciam, 5
et genus inerme tali decepit dolo:
'Quare sollicitum potius aeuum ducitis
quam regem me creatis icto foedere,
qui uos ab omni tutas praestem iniuria?'
illae credentes tradunt sese miluo. 10
qui regnum adeptus coepit uesci singulas,
et exercere imperium saeuis unguibus.
tunc de relicuis una 'Merito plectimur,
huic spiritum praedoni quae commisimus'. 13 b

XXXI. **H** 32, **Th** 28. 2 auxilium *Paraphrastae* 3 semper *Ad.* 4 pinnae *Mueller*: penne *P* 5 raptor *P*: acceptorem *uel* accipitrem *Paraphrastae intulerunt cum illud* raptor *siue* captor *male intellectum esset* 6 incertum *Ad.*: *an* incautum? 9 iniuria *P corr.*: iniurias *PR'* 10 tradunt *Ad. Pith.*: tradent *PR'* 13 merito plectimur *P*: digne haec (*uel* hoc) patimur *Wiss.*: merito agitur *Ad.* 13 b* *u. omissum in P refinxit Havet testibus usus Paraphrastis qui habent* 'qui nostrum spiritum tali credidimus inimico' *Ad.*: 'qui nos predoni commisimus' *Wiss.*: qui nos tali commisimus (defensori) *Ro.* *Post u.* 13 *P habet* PHEDRI AVG̃ LIBERTI LIB̃ SECVNDVS INCIPIT LIBER TERTIVS. FELICITER *mendose*, *R'* PHAEDRI AVGVSTI LIBERTI LIBER SECVNDVS

LIBER SECVNDVS

PROLOGVS

AVCTOR

EXEMPLIS continetur Aesopi genus;
nec aliud quicquam per fabellas quaeritur
quam corrigatur error ut mortalium,
acuatque sese diligens industria.
quicumque fuerit ergo narrandi iocus, 5
dum capiat aurem et seruet propositum suum,
re commendatur, non auctoris nomine.
equidem omni cura morem seruabo senis.
sed si libuerit aliquid interponere,
dictorum sensus ut delectet uarietas, 10
bonas in partes, lector, accipias uelim
ita, si rependet illi breuitas gratiam.
cuius uerbosa ne sit commendatio,
attende cur negare cupidis debeas,
modestis etiam offerre quod non petierint. 15

I

IVVENCVS LEO ET PRAEDATOR

SVPER iuuencum stabat deiectum leo.
praedator interuenit, partem postulans.
'Darem' inquit 'nisi soleres per te sumere';
et improbum reiecit. forte innoxius
uiator est deductus in eundem locum, 5

Pro titulo habet PHEDRI AVG̃ LIBERTI LIB̃ SECVNDVS INCIPIT LIBER TERTIVS FELICITER *P, de R libri titulo non constat ut innuimus ad* I. xxxi. 15

Prologus: H 33, 34. 5 narranti *Gude*: narrantis *Graeuius* iocus *Rittershausen*: locus *PR'* 7 commendetur *Heinsius*: commendator *Havet* 9 interpone *P*: *corr. Pith.* 12* si *Barth*: sic *P* 13 cuiius *R' Barth* nc sit *r Rigault*: nescit *PR'*

I. H 33, 34. 5* delatus *Nauck*

feroque uiso rettulit retro pedem.
cui placidus ille 'Non est quod timeas' ait,
'et quae debetur pars tuae modestiae
audacter tolle'. tunc diuiso tergore
siluas petiuit, homini ut accessum daret. 10
Exemplum egregium prorsus et laudabile;
uerum est auiditas diues et pauper pudor.

II

ANVS DILIGENS IVVENEM, ITEM PVELLA

A FEMINIS utcumque spoliari uiros,
ament, amentur, nempe exemplis discimus.
Aetatis mediae quendam mulier non rudis
tenebat, annos celans elegantia,
animosque eiusdem pulchra iuuenis ceperat. 5
ambae, uideri dum uolunt illi pares,
capillos homini legere coepere inuicem.
qui se putaret fingi cura mulierum,
caluus repente factus est; nam funditus
canos puella, nigros anus euellerat. 10

III

AESOPVS AD QVENDAM DE SVCCESSV INPROBORVM

LACERATVS quidam morsu uehementis canis,
tinctum cruore panem misit malefico,
audierat esse quod remedium uulneris.

7 quod *Pith.*: quid *PR'* 8* en *de Meurs* 9* tergore *praue dictum*: corpore *Guyet*: *fortasse* uiscere

II. H 35. IVVENEM *quod titulus habet peperit error cum* iuuenis *u.* 5 *pro genetiuo acceptus esset* 1 exspoliari *R'*, *fort. recte* 3 quendam *Prasch*: qua(e)dam *PR'* 4 tenebat *Prasch*: tegebat *P* eligantia *PR'* 5 animos *Pith.*: animus *P* ceperat *Pith.*: coeperat *P* 8 fingi *Schoppe*: pingi *P*

III. H 36. misit *J. F. Gronov, Gude*: inmisit *PR'*

tunc sic Aesopus: 'Noli coram pluribus
hoc facere canibus, ne nos uiuos deuorent, 5
cum scierint esse tale culpae praemium'.
Successus inproborum plures allicit.

IV

AQVILA FELES ET APER

AQVILA in sublimi quercu nidum fecerat;
feles, cauernam nancta in media, pepererat;
sus nemoris cultrix fetum ad imam posuerat.
tum fortuitum feles contubernium
fraude et scelesta sic euertit malitia. 5
ad nidum scandit uolucris: 'Pernicies' ait
'tibi paratur, forsan et miserae mihi.
nam, fodere terram quod uides cotidie
aprum insidiosum, quercum uult euertere,
ut nostram in plano facile progeniem opprimat. 10
terrore offuso et perturbatis sensibus
derepit ad cubile saetosae suis;
'Magno' inquit 'in periclo sunt nati tui.
nam, simul exieris pastum cum tenero grege,
aquila est parata rapere porcellos tibi'. 15
hunc quoque timore postquam compleuit locum,
dolosa tuto condidit sese cauo:
inde euagata noctu suspenso pede,
ubi esca sese expleuit et prolem suam,
pauorem simulans prospicit toto die. 20
ruinam metuens aquila ramis desidet:

5 uiuos *P*: ut uos *R'* 7 allicit *Pith.*: allicet *PR*
IV. **H** 37. 3 nemoricultrix *Rittershausen* 4 cum *Havet, fort. recte* 11 offuso *Rittershausen*: effuso *PR* 12 derepit *Coler*: diripit *PR* 13 periclo *Rittershausen*: periculo *P* 17 tuto *r Rigault*: toto *PR* 18 suspensa (*uel* -u) *P m.* 1 19* expleuit *scripsi*: repleuit *P*: se repleuit *Pith. uulg.*

aper rapinam uitans non prodit foras.
quid multa? inedia sunt consumpti cum suis,
felisque catulis largam praebuerunt dapem.
Quantum homo bilinguis saepe concinnet mali, 25
documentum habere hinc stulta credulitas potest.

V

TIB. CAESAR AD ATRIENSEM

EST ardalionum quaedam Romae natio,
trepide concursans, occupata in otio,
gratis anhelans, multa agendo nil agens,
sibi molesta et aliis odiosissima.
hanc emendare, si tamen possum, uolo 5
uera fabella; pretium est operae attendere.
Caesar Tiberius cum petens Neapolim
in Misenensem uillam uenisset suam,
quae, monte summo posita Luculli manu,
prospectat Siculum et respicit Tuscum mare, 10
ex alte cinctis unus atriensibus,
cui tunica ab umeris linteo Pelusio
erat destricta, cirris dependentibus,
perambulante laeta domino uiridia,
alueolo coepit ligneo conspargere 15
humum aestuantem, iactans officium comae:
sed deridetur. inde notis flexibus
praecurrit alium in xystum, sedans puluerem.

26 hinc *add. Bentley*: *om. P*
V. **H** 38. *In titulo* ITEM CAESAR *PR'*: *corr. Riese* 2 in otio *Pith.*: notio *PR'* 3* nil *Langen*: nihil *P* 8 in Misenensem *Pith.*: immisiniensem *PR'* 9 posita *Pith.*: posita est *P* Luculli *Pith.*: Lucili *PR* 10 respicit *J. F. Gronov*: perspicit *P*: persp. *uel* prosp. *R*: despicit *Guyet* 11* alte *Salmasius*: alti *P* cinctis *P*: cinctus *R'* 14 uiridia *Bongars*: uiridiaria *PR'* 16* comae *Pith.*: come *PR'*: officio comam *Orelli*: come officiolum *nos et sic Bentley in notis nondum editis*: come officium iactitans *Rigault* 18 xystum *Salmasius*: xistum *P*

agnoscit hominem Caesar, remque intellegit:
[ut putauit esse nescioquid boni]
'Heus!' inquit dominus. ille enimuero adsilit,
donationis alacer certae gaudio.
tum sic iocata est tanta maiestas ducis:
'Non multum egisti et opera nequiquam perit;
multo maioris alapae mecum ueneunt'.

VI

AQVILA ET CORNIX

CONTRA potentes nemo est munitus satis;
si uero accessit consiliator maleficus,
uis et nequitia quicquid oppugnant, ruit.
Aquila in sublime sustulit testudinem:
quae cum abdidisset cornea corpus domo,
nec ullo pacto laedi posset condita,
uenit per auras cornix, et propter uolans
'Opimam sane praedam rapuisti unguibus;
sed, nisi monstraro quid sit faciendum tibi,
graui nequiquam te lassabit pondere'.
promissa parte suadet ut scopulum super
altis ab astris duram inlidat corticem,
qua comminuta facile uescatur cibo.
inducta uafris aquila monitis paruit,
simul et magistrae large diuisit dapem.

19 Caesar remque *Pith. R'*: Caesaremque *PR'*: Caesar iamque *Havet* 20 *uersum mancum et pro interpretamento habendum del. Rigault* inde ut *Burman*: sibi ut *Havet* putarit *Havet*: putaret *Riese* 22 certae *Pith.*: certe *PR*: alapae certe *Gude* 23* tanti *Pith.* 25 maioris *Rigault*: maiores *PR* ueneunt *Pith.*: uenerunt *PR*

VI. **H** 39, **Th** 17. *Habet Perottus cum titulo* POTENTIBVS NON FACILE RESISTI POSSE: QVOD SI NEFARIVS CONSILIATOR ACCESSERIT OMNIA PESSVMDARI 1–3 *om. NV* 1 munitus *Pith.*: monitus *P* 6 posset *V Pith.*: possit *PR* 7 propter *P*: pr(a)eter *NV* 8 optimam *Ro. Wiss.* sane *P*: inquit *NV* 10 nequicquam *et* lassauit *NV* 11 suadet *P*: uadēs *ex* uadet *corr. N*: uadens *V* scopu'os *NV* 12 altis *om. NV* 14 uafris *Festa*: uerbis *P* 15 et *om. NV* dimisit *NV*

sic tuta quae Naturae fuerat munere,
impar duabus, occidit tristi nece.

VII

MVLI DVO ET *LATRONES*

MVLI grauati sarcinis ibant duo:
unus ferebat fiscos cum pecunia,
alter tumentis multo saccos hordeo:
ille onere diues celsa ceruice eminens,
clarumque collo iactans tintinabulum;
comes quieto sequitur et placido gradu.
subito latrones ex insidiis aduolant,
interque caedem ferro ditem sauciant:
diripiunt nummos, neclegunt uile hordeum.
spoliatus igitur casus cum fleret suos,
'Equidem' inquit alter 'me contemptum gaudeo;
nam nil amisi, nec sum laesus uulnere'.
Hoc argumento tuta est hominum tenuitas,
magnae periclo sunt opes obnoxiae.

VIII

CERVVS AD BOVES

CERVVS nemorosis excitatus latibulis,
ut uenatorum effugeret instantem necem,
caeco timore proximam uillam petit,

16 fuerat naturae *NV*

VII. **H** 40. *Habet Perottus suis iambis continuatum; cf. Hervieux, Les Fabulistes latins* II², p. 90 *In titulo* ET VECTORES *PR'* 2 phiscos *NV* 3 tumentes *P* multos s. ordeo *NV* 4 eminet *NV* 5 iactat *NV* tintinabulum *ita PNV Havet* 7 latrones subito *NV* 8* ditem *scripsi*: mulum *codd.* sauciant *NV*: trucidant *PR* 'caedis' *male memores* 12 nam *P*: ouod *NV* nihil *NV* 13, 14 *om. NV* 14 periclo *Pith.*: periculo *P*

VIII. **H** 41, **Th** 69. *Habet Perottus cum titulo* DOMINVM IN REBVS SVIS VIDERE PLVRIMVM 1 nemorum *NV* exagitatus *N* (*ut uid.*): -is *V* 2 effugeret *V* (*N*?) *Ad. Pith.*: *cf.* euaderet *Paraphr.*: fugeret *P*: ecf. *Havet*

et opportuno se bouili condidit.
hic bos latenti 'Quidnam uoluisti tibi, 5
infelix, ultro qui ad necem cucurreris,
hominumque tecto spiritum commiseris?
at ille supplex 'Vos modo' inquit 'parcite:
occasione rursus erumpam data'.
spatium diei noctis excipiunt uices; 10
frondem bubulcus adfert, nil adeo uidet:
eunt subinde et redeunt omnes rustici,
nemo animaduertit: transit etiam uilicus,
nec ille quicquam sentit. tum gaudens ferus
bubus quietis agere coepit gratias, 15
hospitium aduerso quod praestiterint tempore.
respondit unus 'Saluum te cupimus quidem,
sed, ille qui oculos centum habet si uenerit,
magno in periclo uita uertetur tua'.
haec inter ipse dominus a cena redit; 20
et, quia corruptos uiderat nuper boues,
accedit ad praesepe: 'Cur frondis parum est?
stramenta desunt. tollere haec aranea
quantum est laboris?' dum scrutatur singula,
cerui quoque alta conspicatur cornua; 25
quem conuocata iubet occidi familia,
praedamque tollit. Haec significat fabula
dominum uidere plurimum in rebus suis.

4 oportuno *P et fort. R* : *om. NV Paraphrastae* se bouili *Pith.* : bobili se *R* : bouile *P m.* 2 *in ras.* : se in bouile coniecit *Ad. Wiss.* : inter bubulos rusticus (rustice *V*) se *NV* 5 hic bos *P* : huic eo *NV* 7 hominisque *NV* 8 uos *NV Paraphrastae* : bos *PR* 10* diei *P* : dein *NV* : *an* die dein? 11 nil *Siebelis* : nihil *NV* : nec *PR'* adeo *Salmasius, Heinsius* : ideo *P* : *om. NV* 13 nemo eum aduertit *NV* uillicus *NV* 14 ferus *PAd.* : ferus *uel* fera *Ro. ex parte* : ceruus *N*(cor. *V*)*V Wiss. Ro. ex parte* 16 quia praestarent *NV* 17 cupimus *P* : uolumus *NV Ad. Wiss. Ro. ex parte* : seruabimus *Ro. ex parte* 19 *om. NV* periclo *Pith.* : periculo *P* 21 boues nuper *P* 22 presepia *V* 25 est alta conspicatus *P*, *unde Pith.* alta est conspicatus 27 *pro* haec sign. fabula *NV habent* quam parauerat casus *omisso u.* 28, *cf. tit.*

IX

AVCTOR

Aesopi ingenio statuam posuere Attici,
seruomque collocarunt aeterna in basi,
patere honoris scirent ut cuncti uiam
nec generi tribui sed uirtuti gloriam.
quoniam occuparat alter ut primus foret, 5
ne solus esset, studui, quod superfuit.
nec haec inuidia, uerum est aemulatio.
quodsi labori fauerit Latium meo,
plures habebit quos opponat Graeciae.
si Liuor obtrectare curam uoluerit, 10
non tamen eripiet laudis conscientiam.

* *

si nostrum studium ad aures peruenit tuas,
et arte fictas animus sentit fabulas,
omnem querellam submouet felicitas.
sin autem rabulis doctus occurrit labor, 15
sinistra quos in lucem natura extulit,
nec quidquam possunt nisi meliores carpere,
fatale exilium corde durato feram,
donec Fortunam criminis pudeat sui.

IX. *siue* EPILOGVS *ut uulgo fertur* : **H** 42, **Th** p. 304. 1–4 *habet Perottus cum titulo* INGENIO ET VIRTVTI VERAM GLORIAM TRIBVI 1 ingenio *NV*; *cf.* scripta et ingenium (-a) *Ro. Wiss.* : ingento *P m.* 1 2 seruum *NV* (-om *Mueller*) : seruolum *R'* : seruulum *P* : -que *NV* : quae *P* aeternae *NV omisso* in 3 honoris *Pith.* : honori *NV* : homini *PR* scir&nt *P* scires ut cunctis *Prasch* *Post u.* 4 *lacunam statuit Pith.* 5 ut *Bentley* : ne *P* 6 ne... studui *Rittershausen* : nec... studii *P* 8 fauerit *Pith.* : faueret *PR* 10 liuor *Pith.* : labor *P* obtrectare *Pith.* : oblectare *PR* *Post* 11 *lacunam statuerunt Hare Havet* 12* tuas *suspectum* : suas *Hartel* : cultas peruenit *Mueller* : *an* tenuis peruenit? 15 rabulis *Baehrens* : ab illis *PR* 18* ex ilium *Gruner* : exitium *P* : *fort.* telum

LIBER TERTIVS

PROLOGVS

PHAEDRVS AD EVTYCHVM

PHAEDRI libellos legere si desideras,
uaces oportet, Eutyche, a negotiis,
ut liber animus sentiat uim carminis.
'Verum' inquis 'tanti non est ingenium tuum,
momentum ut horae pereat officiis meis.' 5
non ergo causa est manibus id tangi tuis,
quod occupatis auribus non conuenit.
fortasse dices 'Aliquae uenient feriae,
quae me soluto pectore ad studium uocent'.
legesne, quaeso, potius uiles nenias, 10
impendas curam quam rei domesticae,
reddas amicis tempora, uxori uaces,
animum relaxes, otium des corpori,
ut adsuetam fortius praestes uicem?
mutandum tibi propositum est et uitae genus, 15
intrare si Musarum limen cogitas.
ego, quem Pierio mater enixa est iugo,
in quo Tonanti sancta Mnemosyne Ioui,
fecunda nouies, artium peperit chorum,
quamuis sim in ipsa natus Paeanis schola, 20
curamque habendi penitus corde eraserim,
nec Pallade hanc inuita in uitam incubuerim,

PROLOGVS: **H** 44. 33-63, **H** 43. 9-39. *Vu* 30-7 *Perottus exhibet in Prologo suo* 4 inquis *Pith.*: inquit *PR'*: *cf.* IV. vii. 17 5 officiis meis *J. F. Gronov*: officii mei *P* 9 soluto *r Pith.*: solito *P* 10 nenias *R'*: uenias *P* 15 et *Pith.*: ut *PR* 18 Mnemosine *Pith.*: nemosyne *PR'* (mem. *R'*) 19 foecunda *Pith.*: facunda *PR* 20* sim *ante* in *reposui, post* natus *habet PR* Paeanis *scripsi* (Phoebi *iam Havet*): p(a)ene *P edd.*, sim *ante* natus *reiecto* 22* nec *Heinsius*: et *P, quod seruat Gude* et laude multa uitam in hanc *legens*: Pallade *Bentley in notis nondum editis*: laude *Heinsius edd.* hanc inuita in uitam *scripsi*: inuita in hanc uitam *P*

fastidiose tamen in coetum recipior.
quid credis illi accidere qui magnas opes
exaggerare quaerit omni uigilia, 25
docto labori dulce praeponens lucrum?
sed iam, 'quodcumque fuerit' (ut dixit Sinon,
ad regem cum Dardaniae perductus foret)
librum exarabo tertium Aesopi stilo,
honori et meritis dedicans illum tuis. 30
quem si leges, laetabor; sin autem minus,
habebunt certe quo se oblectent posteri.
Nunc, fabularum cur sit inuentum genus,
breui docebo. seruitus obnoxia,
quia quae uolebat non audebat dicere, 35
affectus proprios in fabellas transtulit,
calumniamque fictis elusit iocis.
ego illius pro semita feci uiam,
et cogitaui plura quam reliquerat,
in calamitatem deligens quaedam meam. 40
quodsi accusator alius Seiano foret,
si testis alius, iudex alius denique,
dignum faterer esse me tantis malis,
nec his dolorem delenirem remediis.
suspicione si quis errabit sua, 45
et, rapiens ad se quod erit commune omnium,
stulte nudabit animi conscientiam,
huic excusatum me uelim nihilo minus.

27 fuerit quodcumque *Verg. A.* ii. 77 *uu.* 33-63 *libri secundi epilogo adnectit Havet. Noti erant paraphrasium concinnatoribus*, **Th** p. 304 37 fictis elusit iocis (cocis) *NV Pith.*: fiet scelus it locis *PR* logis *Housman* 38 pro *Johnson* porro *PR* (pō *R'*), *quo seruato* ego porro illius semitam *Schoppe, alia alii*: *cf.* 'multarum semitarum amplissimas faceret uias' *Ro.*: 'multorum semitas amplissimas facere uias' *Wiss., Mart.* vii. 61. 4 'et modo quae fuerat semita facta uia est' 39 excogitaui *Scheffer* 40 deligens *Pith.*: diligens *P* 41 quod si *Pith.*: q. sit *P* 44 delenirem *Burman*: delin. *Pith.*: dilinirem *P* 46* rapiens *scripsi, in u.* 47 conscientiam, *interpuncto*: rapiet *P edd.* conscientiam. *interpungentes* 47 nudabit *Pith.*: nudauit *PR* 48 nilo *Mueller*

neque enim notare singulos mens est mihi,
uerum ipsam uitam et mores hominum ostendere. 50
rem me professum dicet fors aliquis grauem.
si Phryx Aesopus potuit, si Anacharsis Scythes
aeternam famam condere ingenio suis,
ego, litteratae qui sum propior Graeciae,
cur somno inerti deseram patriae decus, 55
Threissa cum gens numeret auctores deos,
Linoque Apollo sit parens, Musa Orpheo,
qui saxa cantu mouit et domuit feras
Hebrique tenuit impetus dulci mora?
ergo hinc abesto, Liuor, ne frustra gemas, 60
quom iam mihi sollemnis dabitur gloria.
Induxi te ad legendum? sincerum mihi
candore noto reddas iudicium peto.

I

ANVS AD AMPHORAM

ANVS iacere uidit epotam amphoram,
adhuc Falerna faece e testa nobili
odorem quae iucundum late spargeret.
hunc postquam totis auida traxit naribus
'O suauis anima, quale in te dicam bonum 5

49 mense m. *P m.* 1 51 fors *Schoppe*: forsan *P*: forsitan *R'*: forsan quis *Heinsius* *Post h. u. quod habent PR* frige(m) fuisse Aesopum *deleuit Pith.* 52 phryx *Pith.*: phrix *P* Anacharsis *Schoppe*: Anacharsi *Pith.*: Ana(c)harsae *PR* Scythes *Stowasser*: Scytha *Schoppe*: Scythae *PR'* 53 suis *Havet*: suo *P* 54 propior *Pith.*: proprior *P* 56* deos *Rittershausen*: suos *P* 59 Hebri *Rigault*: hereb *P* *de Hebri impetu cf. Herc. Oet.* 1037 60 liuor *Pith.*: libor *PR'* 61 quum (quom *Havet*) iam *Hare*: quoniam *P* dabitur *Scheffer*: debetur *P*: -entur *R'* 62 legendum? *Bentley*: legendum; *uulg.*

I. **H** 45. *Habet Perottus cum titulo* LVXVRIOSOS ET SOLA LVXVRIAE COGITATIONE DELECTARI 2 e *Gude*: ex *Havet*: et *PNV* 3 iocundum *PV* sparserat *NV* 4 auida *Pith.*: auita *PR*: auide *NV* 5* quale in *Gude*: qualem *PR'*: quale *NV* bonum *NV*: bonam *PR'*

antehac fuisse, tales cum sint reliquiae!'
Hoc quo pertineat, dicet qui me nouerit.

II

PANTHERA ET PASTORES

SOLET a despectis par referri gratia.
Panthera inprudens olim in foueam decidit.
uidere agrestes: alii fustes congerunt,
alii onerant saxis: quidam contra miseriti,
periturae quippe, quamuis nullum laederet, 5
misere panem ut sustineret spiritum.
nox insecuta est: abeunt securi domum,
quasi inuenturi mortuam postridie.
at illa, uires ut refecit languidas,
ueloci saltu fouea sese liberat, 10
et in cubile concito properat gradu.
paucis diebus interpositis prouolat,
pecus trucidat, ipsos pastores necat,
et cuncta uastans saeuit irato impetu.
tum sibi timentes qui ferae pepercerant 15
damnum haut recusant, tantum pro uita rogant.
at illa 'Memini quis me saxo petierit,
quis panem dederit: uos timere absistite:
illis reuertor hostis qui me laeserunt'.

6 requiae *P m.* 1: relique *V* 7 *om. NV* Hoc *Pith.*: Hunc *P*

II. **H** 46, **Th** 75. *Habet Perottus cum titulo* NON ESSE FACIENDAM ALICVI INIVRIAM 1 *om. NV* 4 quidam *NV Ro. Wiss.*: quidem *PR'* miseriti *P*: miseriam *NV* 5* nullum *scripsi*: nemo *PNV*; *cf. Ro. Wiss.* quae (qui) neminem laesit 6* ut sustineret *P*: sustinentes *NV*: *fort.* ut sustinerent 9 ut *P*: ui *NV* refecit *NV Ro. Wiss. Pith.*: reficit *PR* 13 ipsius pastorem *NV* 14 uertens *NV* irati *NV* 15 ferae *Pith.*: fere *PV* 16 haut *PR'*: haud *NV* pro uita *NV Ro. ex parte*: uitam *Ro. ex parte Wiss.*: prumta *P? R* 17 at *NV*: et *P Ro. ex parte Wiss.* quis *Ro. Wiss.*: qui *PNV* saxis *NV* petierat *PR* 18 qui *NV* 19 laeserunt *N*: leserant *P* (-at *R'*)

III

AESOPVS ET RVSTICVS

Vsv peritus hariolo ueracior
uulgo perhibetur; causa sed non dicitur,
notescet quae nunc primum fabella mea.
Habenti cuidam pecora pepererunt oues
agnos humano capite. monstro territus 5
ad consulendos currit maerens hariolos.
hic pertinere ad domini respondet caput,
et auertendum uictima periculum.
ille autem adfirmat coniugem esse adulteram
et insitiuos significari liberos, 10
sed expiari posse maiore hostia.
quid multa? uariis dissident sententiis,
hominisque curam cura maiore adgrauant.
Aesopus ibi stans, naris emunctae senex,
Natura numquam uerba cui potuit dare, 15
'Si procurare uis ostentum, rustice,
uxores' inquit 'da tuis pastoribus'.

IV

LANIVS ET SIMIVS

Pendere ad lanium quidam uidit simium
inter relicuas merces atque opsonia;

III. **H** 47. *Habet Perottus cum titulo* RATIONE POTIVS QVAM ORACVLIS AGENDVM 1–3 *om. NV* 1 ueracior *Bongars*: uelocior *PR* 2* perhibetur causa *scripsi*: causa fertur *PR*: esse fertur causa *Pith. edd.* 4 aues *V* 5 territus *V*: perterritus *PR'* 6 consulendos *Pith.*: consolendos *PR'*: consultandos *NV* hariolos *Pith.*: ariolos *V*: hariolus *PR'* 7 respondet *Rigault*: respondit *PR*: respondent *V* 8 et auertendum *P*: auertendum esse *NV* 10 et illegitimos (-gunnos *V*) significat *NV* 11 expiare *NV* maiori *P* 13 homines *P* augent *NV* 14 sibi *PR'* naris em. senex *P*: narrare incipit *NV* 15 naturam nequaquam uerba cuiquam dare *NV*

IV. **H** 48. *Habet Perottus cum titulo* ASPECTV HOMINVM SAEPE IVDICIVM FALLI 1 simium *P*: simiam *V* 2 opsonium *N*

quaesiuit, quidnam saperet? tum lanius iocans
'Quale' inquit 'caput est, talis praestatur sapor'.
Ridicule magis hoc dictum quam uere aestimo; 5
quando et formosos saepe inueni pessimos,
et turpi facie multos cognoui optimos.

V

AESOPVS ET PETVLANS

Svccessvs ad perniciem multos deuocat.
Aesopo quidam petulans lapidem impegerat.
'Tanto' inquit 'melior!' assem deinde illi dedit,
sic prosecutus: 'Plus non habeo mehercules,
sed unde accipere possis, monstrabo tibi. 5
uenit ecce diues et potens; huic similiter
inpinge lapidem, et dignum accipies praemium'.
persuasus ille fecit quod monitus fuit:
sed spes fefellit impudentem audaciam:
comprensus namque poenas persoluit cruce. 10

VI

MVSCA ET MVLA

Mvsca in temone sedit et mulam increpans
'Quam tarda es!' inquit 'non uis citius progredi?
uide ne dolone collum conpungam tibi.'

4 praestatus *PR'* 5 magis hoc dictum *NV Pith.*: hoc dictum magis *PR* existimo *NV* 6 formosos *NV*: -us *P*

V. **H** 49. *Habet Perottus cum titulo* MALE AGENTES PROCESSV TEMPORIS PVNIRI 1 *om. NV* multos *r Pith.*: saepe multos *PR* 2 lapides *NV* 3 tanto *P*: fio *NV* 4 mehercule *F* 9 imprudentem *Scheffer* 10* comprensus *N*: comprehensus *PV*

VI. **H** 50, **Th** 47. *Habet Perottus cum titulo* VANAS MINAS SINE VIRTVTE PARVM MOMENTI HABERE 1 timone *PR* 2 tarda *PV*: tarde *R'*: tardas *N*: tarde is *Gude, fort. recte*; *cf.* quam tarde (tardius *Wiss.*) ambulas *Ro. Wiss.* inquit et *PR'* 3 dolone *Pith.*: dolose *P*: dolosa *NV*

respondit illa 'Verbis non moueor tuis;
sed istum timeo, sella qui prima sedens 5
iugum flagello temperat lento meum,
et lora frenis continet spumantibus.
quapropter aufer friuolam insolentiam:
nam ubi sit strigandum aut ultro currendum scio'.
Hac derideri fabula merito potest 10
qui sine uirtute uanas exercet minas.

VII

LVPVS AD CANEM

QVAM dulcis sit libertas breuiter proloquar.
Cani perpasto macie confectus lupus
forte occucurrit; dein, salutati inuicem
ut restiterunt, 'Vnde sic, quaeso, nites?
aut quo cibo fecisti tantum corporis, 5
ego, qui sum longe fortior, pereo fame?'
canis simpliciter 'Eadem est condicio tibi,
praestare domino si par officium potes'.
'Quod?' inquit ille. 'Custos ut sis liminis,
a furibus tuearis et noctu domum. 10
mihi, quod maleficos soleo aduentus prodere, 10 b
adfertur ultro panis; de mensa sua 21

6* iugum *PNV*, *sed* iter *uel* cursum (*quod probat Burman*) *Paraphrastae qui exhibent* qui frenis ora temperat et loris iter inflectit flagello (in nos) excusso *Ro.*, quo (*l.* qui) ora frenes temperet et loris intercursum regit *Wiss.* flagello *P*: flagellans *NV* lento *P*: collo *NV* 7* lora *P*: ora *NV*, *Paraphrastae utrumque agnoscere uidentur* continet *et* temperat *inter se commutat Jannelli* 9* nam *P*: *om. NV* sit *NV*: *om. P* strigandum *Gruter Salmasius*: tricandum *PR*: tardandum *N sensum* strigandi *respiciens*: saltandum *V* aut *scripsi*: et *PRNV* ultro *NV*: ubi *P* currendum est *P* 10, 11 *om. NV*; *sed cf. tit.*

VII. **H** 51, **Th** 65. *Habet Perottus cum titulo* QVAM DVLCIS SIT LIBERTAS *omisso u.* 1 3 occucurrit *Bentley*: occurrit *PNV Wiss.* salutantes *PR'*: cum se salutarent *Wiss.* 7 condicio est *NV* 9 Quale *NV* 10* *om. NV* *Hic uu.* 21-24 *suo motos loco reposuit Havet ducibus*

dat ossa dominus; frusta iactant familia, 22
et quod fastidit quisque pulmentarium.
sic sine labore uenter impletur meus'. 24
'Ego uero sum paratus: nunc patior niues 11
imbresque in siluis asperam uitam trahens.
quanto est facilius mihi sub tecto uiuere,
et otiosum largo satiari cibo!'
'Veni ergo mecum.' dum procedunt, aspicit 15
lupus a catena collum detritum cani.
'Vnde hoc, amice?' 'Nil est.' 'Dic, sodes, tamen.'
'Quia uideor acer, alligant me interdiu,
luce ut quiescam, et uigilem nox cum uenerit:
crepusculo solutus qua uisum est uagor. 20
'Age, abire si quo est animus, est licentia?' 25
'Non plane est' inquit. 'Fruere quae laudas, canis;
regnare nolo, liber ut non sim mihi.'

VIII

SOROR AD FRATREM

PRAECEPTO monitus saepe te considera.
Habebat quidam filiam turpissimam,
idemque insignem pulchra facie filium.

Paraphrastis usus quem ita sequor ut ante u. 21 *unius uersus lacunam constituam. locum enim sic fere exhibent illi* quia sum custos contra latrones uenientes et nullus (nemo *Wiss.*) passim ingreditur (nam et si latrones ueniunt non ingreditur quisquam *Ro. ex parte*), nocte si forte (uenerit) furem (an)nuntio affertur mihi (ultro *Wiss.*) panis. *unde erui quod scripsit, ut credo, Phaedrus* mihi quod *et quod saltem potuit scribere* maleficos soleo aduentus prodere 16 cani *NV Ad. Ro. ex parte*: canis *P Ro. ex parte Wiss.* 17 nil *Mueller*: nihil *PNV* sodes *NV*: quaeso *ex u.* 4 *P* 19 uenit *N* 20 uager *NV* 22 datur *Pm.* 1 *R* iactant *Burman*, proiciunt *Paraphr.*: iactat *P*: iactant famuli *NV*; 24 meo *Bentley in notis nondum editis* 25 abire *quod post* est *habent PR post* age *reposuit Mueller*: abire uis *NV* 26 quae *P Wiss. Ro. ex parte*: ista quae *Ad.*: his quae *NV*

VIII. **H** 52. *Habet Perottus cum titulo* DE SPECVLO AB ADOLESCENTIBVS ASPICIENDO 1 *om. NV* ipse te *Heinsius* 3 insignem et *NV*: insigni et *P*: et *del. Hare* facie pulchra *Havet*; *cf. App.* xiii. 17

hi speculum, in cathedra matris ut positum fuit,
pueriliter ludentes forte inspexerunt. 5
hic se formosum iactat; illa irascitur,
nec gloriantis sustinet fratris iocos,
accipiens (quid enim?) cuncta in contumeliam.
ergo ad patrem decurrit laesura inuicem,
magnaque inuidia criminatur filium, 10
uir natus quod rem feminarum tetigerit.
amplexus ille utrumque et carpens oscula
dulcemque in ambos caritatem partiens,
'Cotidie' inquit 'speculo uos uti uolo,
tu formam ne corrumpas nequitiae malis, 15
tu faciem ut istam moribus uincas bonis'.

IX

SOCRATES AD AMICOS

VVLGARE amici nomen sed rara est fides.
Cum paruas aedes sibi fundasset Socrates,
(cuius non fugio mortem si famam adsequar,
et cedo inuidiae dummodo absoluar cinis)
ex populo sic nescioquis ut fieri solet: 5
'Quaeso tam angustam, talis uir, ponis domum?'
'Vtinam' inquit 'ueris hanc amicis impleam!'

X

POETA DE CREDERE ET NON CREDERE

PERICVLOSVM est credere et non credere.

4 hi *Salmasius*: his *PR'*: *om. NV* ut positum *NV*: suppositum *P*: subp. *R'* 7 fratris sustinet *NV* 8 quid ni *Rittershausen* 9 inuicem *P*: iuuenem *NV* 10* -que *V*: quae *P* filium *suspectum, fort.* pupulum 11 *om. NV* 12 ille amplexus *NV* 14 continue *NV* speculis *NV*

IX. H 53. *Carmen in elegos conuertit Perottus* 5 ex *Pith.*: est *P*

X. H 54. *Habet Perottus cum titulo* DE FIDE NON ADHIBENDA TEMERE ET ADHIBENDA OPORTVNE

utriusque exemplum breuiter adponam rei.
Hippolytus obiit, quia nouercae creditum est;
Cassandrae quia non creditum, ruit Ilium. 4
sed, fabulosam ne uetustatem eleues, 7
narrabo tibi, memoria quod factum est mea.
Maritus quidam cum diligeret coniugem,
togamque puram iam pararet filio, 10
seductus in secretum a liberto est suo,
sperante heredem suffici se proximum.
qui, cum de puero multa mentitus foret
et plura de flagitiis castae mulieris,
adiecit, id quod sentiebat maxime 15
doliturum amanti, uentitare adulterum
stuproque turpi pollui famam domus.
incensus ille falso uxoris crimine
simulauit iter ad uillam, clamque in oppido
subsedit: deinde noctu subito ianuam 20
intrauit, recta cubiculum, infelix, petens,
in quo dormire mater natum iusserat,
aetatem adultam seruans diligentius.
dum quaerunt lumen, dum concursant familia,
irae furentis impetum non sustinens 25
ad lectum uadit, temptat in tenebris caput.
ut sentit tonsum, gladio pectus transigit,
nihil respiciens dum dolorem uindicet.
lucerna adlata, simul adspexit filium

2* adponam *scripsi*: exponam *P*: ponam *NV* 3 obit *PR* 5, 6 *suadente Haueto post* 50 *reieci* 7 fabulosa *P* eleues *Guyet*: leuem *PR*: asseras *NV* 8 quod memoria *NV* 9 quidam *P*: castam *NV* 10 iam par. *PR'*: compararet *NV* 11 est *om. PR*[1] 12 suffici se *r Salmasius*: sufficisse *PR*: fieri se *NV* 13 qui *P*: hic *NV* cum *NV*: dum *PR'* 16 amantem *NV* 20 subsedit deinde *P*: suo sedit dehinc *NV* ianua *NV* 21 infelix (*gen. masc.*) *NV*: uxoris *P* 22 natum mater *NV* 23 diligentia *NV* 24 concursat *NV* 26 accedit *P* 27 sensit *NV* transigit *Rittershausen*: transfigit *PRNV* 28* respiciens dum *NV*: in respiciendum *PR* *unde* nil introspiciens *Mueller*: nil iam respiciens *maluerim*

sanctamque uxorem dormientem ⟨illum prope⟩, 30
sopita primo quae nil somno senserat,
repraesentauit in se poenam facinoris,
et ferro incubuit quod credulitas strinxerat.
accusatores postularunt mulierem,
Romamque pertraxerunt ad centumuiros. 35
maligna insontem deprimit suspicio,
quod bona possideat. stant patroni, fortiter
causam tuentes innocentis feminae.
a diuo Augusto tum petiere iudices
ut adiuuaret iurisiurandi fidem, 40
quando ipsos error implicuisset criminis.
qui postquam tenebras dispulit calumniae,
certumque fontem ueritatis repperit,
'Luat' inquit 'poenas causa libertus mali.
namque orbam nato simul et priuatam uiro 45
miserandam potius quam damnandam existimo.
quodsi delata perscrutatus crimina
paterfamilias esset, si mendacium
subtiliter limasset, a radicibus
non euertisset scelere funesto domum'. 50
ergo exploranda est ueritas multum prius 5
quam stulta praue iudicet sententia. 6
Nil spernat auris, nec tamen credat statim, 51
quandoquidem et illi peccant quos minime putes,
et qui non peccant inpugnantur fraudibus.

30* illum prope *Rank* : cubiculo *PNV* 31 nil *NV* : nihil *PR'* 36 magna insolentem *NV* 37 possidet *NV* : possidit *Havet* 39 pontificem maximum rogarunt iudices *NV* petierunt *Mueller* 41 quando *NV* : quod *P* terror *N m.* 1 42 dispulit *Pith.* : distulit *PR'* *uerba* tenebras *ad* certumque *om. N* 44 causa l. mali *P* : pessimus libertus *NV* 45 simul ac *NV* 47 delata *Hoadley* : delatum *NV* : damnanda *P ex* 46 perscrutatus *P* : bene scrutatus *NV* crimen *NV* 48 paterfamiliae *P* 49* rimasset *Schoppe* 5 multum *P* : semper *NV* 6 stulte praua *NV Burman* 51 nil *NV* : nihil *PR'* 52 putas *NV*

Hoc admonere simplices etiam potest,
opinione alterius ne quid ponderent. 55
ambitio namque dissidens mortalium
aut gratiae subscribit aut odio suo.
erit ille notus, quem per te cognoueris.
Haec exsecutus sum propterea pluribus,
breuitate nimia quoniam quosdam offendimus. 60

XI

EVNVCHVS AD IMPROBVM

EVNVCHVS litigabat cum quodam improbo,
qui super obscaena dicta et petulans iurgium
damnum insectatus est amissi corporis.
'En', ait 'hoc unum est cur laborem ualidius,
integritati testes quia desunt meae. 5
sed quid Fortunae, stulte, delictum arguis?
id demum est homini turpe quod meruit pati'.

XII

PVLLVS AD MARGARITAM

IN sterculino pullus gallinacius
dum quaerit escam, margaritam repperit.
'Iaces indigno quanta res' inquit 'loco!
hoc si quis pretii cupidus uidisset tui,
olim redisses ad splendorem pristinum. 5
ego quod te inueni, potior cui multo est cibus,

54–60 *om. NV* 55 ne quid ponderent *r Rigault* : nequis ponderet *PR*

XI. **H** 55. *Habet Perottus cum titulo* HAVD INSECTANDVM ESSE FORTVNAE VITIVM 2 qui *NV* : cui *PR* 5 integritatis *P* mihi *P* 6 delectum *PR'*

XII. **H** 56, **Th** 1. *Habet Perottus cum titulo* CONTRA EOS QVI RES OPTIMAS NON GVSTANT 1 sterquilino *uel* stercul. *Salmasius* : sterquil(l)inio *PVN* : stercuilinio *R'* : stercuilino *Havet quem uide* 4 hoc *PR'NV* : te *Bentley* 5 pristinum *NV Ro. Wiss.* (tuum pristinum) : maximum *P* 6 quod *NV* : qui *P* cui potior *NV, om.* multo

nec tibi prodesse nec mihi quidquam potest.'
Hoc illis narro qui me non intellegunt.

XIII

APES ET FVCI VESPA IVDICE

APES in alta fecerant quercu fauos.
hos fuci inertes esse dicebant suos.
lis ad forum deducta est, uespa iudice;
quae, genus utrumque nosset cum pulcherrime,
legem duabus hanc proposuit partibus: 5
'Non inconueniens corpus et par est colos,
in dubium plane res ut merito uenerit.
sed, ne religio peccet inprudens mea,
aluos accipite et ceris opus infundite,
ut ex sapore mellis et forma faui, 10
de quis nunc agitur, auctor horum appareat'.
fuci recusant: apibus condicio placet.
tunc illa talem rettulit sententiam:
'Apertum est quis non possit et quis fecerit.
quapropter apibus fructum restituo suum'. 15
Hanc praeterissem fabulam silentio,
si pactam fuci non recusassent fidem.

XIV

DE LVSV ET SEVERITATE

PVERORVM in turba quidam ludentem Atticus

7 potes *P* 8 *om. NV* narra *P m.* 1
XIII. **H** 57. *Habet Perottus in N bis scriptum cum titulis* VBI DVBIA EST SENTENTIA ASTV VTENDVM ESSE *et* PVLCHER MODVS IVDICANDI 1 alta *NV*: alia *PR'* quercu fecerunt *PR* 2 suis *R* 4 cum *P*: quam *NV*: *puto* quom 6 co'os *R*: color *PR(corr.)NV* 9 alueos *NV* 11 quis *NV*: quibus *PR'* 13* rettulit *scripsi*: protulit *N secundo loco*: pertulit *N priore loco V*: sustulit *PR' quo recepto* illa hac litem *Bentley* sententiam *PNV*: sententia *R Bentley* 14 aut *P* 15-17 *om. N secundo loco* 16-17 *om. N priore loco V*
XIV. **H** 58. *Habet Perottus cum titulo* RELAXANDVM INTERDVM ESSE IOCIS AC LVDIS ANIMVM

Aesopum nucibus cum uidisset, restitit,
et quasi delirum risit. quod sensit simul
derisor potius quam deridendus senex,
arcum retensum posuit in media uia: 5
'Heus', inquit 'sapiens, expedi quid fecerim'.
concurrit populus. ille se torquet diu,
nec quaestionis positae causam intellegit;
nouissime succumbit. tum uictor sophus:
'Cito rumpes arcum, semper si tensum habueris; 10
at, si laxaris, cum uoles erit utilis'.
Sic lusus animo debent aliquando dari,
ad cogitandum melior ut redeat tibi.

XV

CANIS AD AGNVM

INTER capellas agno balanti canis
'Stulte' inquit 'erras; non est hic mater tua'
ouesque segregatas ostendit procul.
'Non illam quaero quae, cum libitum est, concipit,
dein portat onus ignotum certis mensibus, 5
nouissime prolapsam effundit sarcinam;
uerum illam quae me nutrit admoto ubere,
fraudatque natos lacte ne desit mihi.'
'Tamen illa est potior quae te peperit.' 'Non ita.

3 delerum *PR Havet* *post* simul *add.* ut derisorem *V* 4 ut derisorem deridendum (*sed* de *suppuncto*, ridendum *V*) ostenderet *NV* 8 *om. V* 9 uictor *P*: uero *NV* sophus *F. Pithou, Bongars*: aesopus (-es *V*) *PRNV*: senex *Jannelli* 10 semper *post* tensum *habet N*: *om. V* 11 laxaueris *NV* 12 debet *NV* 13 ut sic melior (molliter *V*) redeat *NV* tibi *om. NV*
XV. **H** 59, **Th** 32. *Habet Perottus cum titulo* OBSTARE SAEPE HOMINES NATVRALIBVS LEGIBVS, MERITIS CAPI 1* balanti *NV*: ballanti *PR'*: uaganti *Ro.*: palanti *Salmasius Prasch, nescio an recte* 2 hic *NV Ro.*: haec *P* 5 deinde *PR'* fert *NV* 7 admodum *NV* 9 est *et* te *om. NV*

beneficium sane magnum natali dedit, 13
ut expectarem lanium in horas singulas! 14
unde illa sciuit niger an albus nascerer? 10
age porro, parere si uoluisset feminam,
quid profecisset cum crearer masculus?
cuius potestas nulla in gignendo fuit, 15
cur hac sit potior quae iacentis miserita est,
dulcemque sponte praestat beneuolentiam?'
Facit parentes bonitas, non necessitas.
[His demonstrare uoluit auctor uersibus
obsistere homines legibus, meritis capi.] 20

XVI

CICADA ET NOCTVA

HVMANITATI qui se non accommodat,
plerumque poenas oppetit superbiae.
Cicada acerbum noctuae conuicium
faciebat, solitae uictum in tenebris quaerere
cauoque ramo capere somnum interdiu. 5
rogata est ut taceret. multo ualidius
clamare occepit. rursus admota prece
accensa magis est. noctua, ut uidit sibi
nullum esse auxilium et uerba contemni sua,
hac est adgressa garrulam fallacia: 10
'Dormire quia me non sinunt cantus tui,
sonare citharam quos putes Apollinis,

10 nasceretur *NV* 11, 12 age porro fecisset (fuisset *R'*) *PR' mediis omissis* 13, 14 *ante* 10 *transp. Havet* 13 magnum sane *P* natale *PR'* 14 spectarem *PR'* 16 miserta *N*: miseria *V* 18 parentem *NV* 19, 20* *om. NV* 20 legibus *R'NV* (*tit.*): legimus *P*: *distichon damnauit Eyssenhardt*

XVI. H 60. *Habet Perottus cum titulo* NON ESSE SPONTE ALICVI FACIENDAM INIVRIAM. NAM QVI HVMANITATI SE NON ACCOMMODANT PLERVMQVE POENAS DANT SVPERBIAE *uu.* 1, 2 *leuiter refectis* 1, 2 *om. NV* 4* agebat *NV* 7 coepit *P* 9* sua *P*: data *NV*: *an* cate? 11 quia me *P*: quoniam *NV* 12 *om. NV* cithara *P* apollonis *P m.* 1

potarest animus nectar, quod Pallas mihi
nuper donauit: si non fastidis, ueni;
una bibamus'. illa, quae arebat siti, 15
simul gaudebat uocem laudari suam,
cupide aduolauit. noctua, obsesso cauo,
trepidantem consectata est et leto dedit.
sic, uiua quod negarat, tribuit mortua.

XVII

ARBORES IN DEORVM TVTELA

OLIM, quas uellent esse in tutela sua,
diui legerunt arbores. quercus Ioui,
at myrtus Veneri placuit, Phoebo laurea,
pinus Cybebae, populus celsa Herculi.
Minerua admirans quare sterilis sumerent 5
interrogauit. causam dixit Iuppiter:
'Honorem fructu ne uideamur uendere'.
'At mehercules narrabit quod quis uoluerit,
oliua nobis propter fructum est gratior.'
tum sic deorum genitor atque hominum sator: 10
'O nata, merito sapiens dicere omnibus.
nisi utile est quod facimus, stulta est gloria'.
Nihil agere quod non prosit fabella admonet.

13 potarest *Orelli*: potare est *P*: potare(et *V*) si *NV* 15 ardebat *P* 16* gaudebat *NV quod reposui*: cognouit *P* 17 obsesso *NV*: egressa *P re non intellecta*

XVII. H 61. *Habet Perottus cum titulo* NIHIL AGENDVM QVOD NON PROSIT *qui etiam in Cornu Copiae suo a.* 1470 *edito fabellam repetit ex Auiano quod dicit iambico carmine translatam* 3 at *Heinsius*: et *P* myrtos *PR* poebo *PR'* laurus *NV* 4 Cybebae *r*: cybebae *supra scr.* neptuno *R'*: cibebe. neptuno *P*: neptunno *NV* 5 steriles *P* 7 honorem *NV*: honore *P* fructu *V*: fructus *N expuncto* s: fructum *P* uideantur *Perottus in Cornu Copiae* 8 mehercule *P* narrabit *Pith.*: narrauit *PR'*: inquit *NV* quisque *NV* 9 fructum *r*: fructus *PRNV* 10* tum *NV*: tunc *P* genitor *NV*: gentium *PR* 13 *om. NV, sed cf. tit.* Nil *Scheffer*

XVIII

PAVO AD IVNONEM DE VOCE SVA

PAVO ad Iunonem uenit, indigne ferens,
cantus luscinii quod sibi non tribuerit:
illum esse cunctis auribus mirabilem;
se derideri, simul ac uocem miserit.
tunc consolandi gratia dixit dea 5
'Sed forma uincis, uincis magnitudine;
nitor smaragdi collo praefulget tuo,
pictisque plumis gemmeam caudam explicas'.
'Quo mi' inquit 'mutam speciem si uincor sono?'
'Fatorum arbitrio partes sunt uobis datae; 10
tibi forma, uires aquilae, luscinio melos,
augurium coruo, laeua cornici omina,
omnesque propriis sunt contentae dotibus
noli adfectare quod tibi non est datum,
delusa ne spes ad querellam reccidat'. 15

XIX

AESOPVS RESPONDET GARRVLO

AESOPVS domino solus cum esset familia,
parare cenam iussus est maturius.
ignem ergo quaerens aliquot lustrauit domus;
tandemque inuenit ubi lucernam accenderet.

XVIII. **H** 62, **Th** 74. *Habet Perottus cum titulo* OPORTERE OMNES CONTENTOS ESSE SORTE SVA 1 Pauo Iunonem conuenit *NV* 2 luscini(a)e *NV*, *item in* 11 *sed* illum *in* 3 3* auibus *NV edd.* mirabilem *Hare*: admirabilem *PRNV edd.* 5 gratiam *R*: graciam *P m.* 1 6 s. f. tu uincis et magn. *NV.* 9 cur *l V* mi *Pith.*: mihi *PR'NV* mutam *om. NV* speties *NV* 12 omina *N Pith.*: homina *PR'*: omnia *V* 13 dotibus *NV*: uocibus *PR'*

XIX. **H** 63. *Habet Perottus cum titulo* IN TANTA MORTALIVM MVLTITVDINE PAVCOS ESSE HOMINES. *In tit.* RP GARRVLO *P* 1 cum esset solus f. *NV* 3 domos aliquot lustrauit *NV*

tum circum eunti fuerat quod iter longius 5
effecit breuius: namque recta per forum
coepit redire. at quidam ex turba garrulus:
'Aesope, medio sole quid tu lumine?'
'Hominem' inquit 'quaero', et abiit festinans domum.
Hoc si molestus ille ad animum rettulit, 10
sensit profecto se hominem non uisum seni,
intempestiue qui occupato adluserit.

EPILOGVS

SVPERSVNT mihi quae scribam, sed parco sciens:
primum, esse uidear ne tibi molestior,
distringit quem multarum rerum uarietas;
dein, si quis eadem forte conari uelit,
habere ut possit aliquid operis residui; 5
quamuis materiae tanta abundet copia,
labori faber ut desit, non fabro labor.
breuitatis nostrae praemium ut reddas peto
quod es pollicitus; exhibe uocis fidem.
nam uita morti propior fit cotidie; 10
et hoc minus redibit ad me muneris,
quo plus consumet temporis dilatio.
si cito rem perages, usus fiet longior;
fruar diutius si celerius coepero.

7 at *Ouering*: et *P*: *om. NV* e *NV*: est *P* 8 q. tu cum l. *PR*: cum l. *NV* 9 abiit *V*: abit *PN* 12 *om. NV*

Post hunc uersum habet P PHEDRI AVG. LIBERTI LIBER III EXPL INCIPIT LIBER IIII: *R'* PHAEDRI AVG. LIBERTI LIB. III EXPLICIT INCIPIT LIBER IIII

Epilogus: **H** 76. *Carmen quod post* IV. XXV *exhibent PR in finem libri* III *transtulit Brotier. Pro titulo dedit* IDEM POETA *PR'* 2 esse uid. ne tibi *Bentley*: esse tibi ne uid. *PR*: ne uid. esse tibi *Hare alii* 3 distringit *Burman*: destringit *PR'* 4 conari *Pith.*: conare *PR'* 6 materiae *Pith.*: naturae *R*: -e *P* 8 breuitati *Salmasius, fort. recte* praemium *Pith.*: mium *P m.* 1: nimium *P m.* 2 10 propior fit *in inscriptione C. I. L.* ix. 3473: propriorem *P m.* 1: proprior est *P m.* 2: propior est *Pith. uulg.* 11* redibit *scripsi*: ueniet *PR*: perueniet *Vrsinus* 14 coepero *PR'*, *sc.* frui: cepero *Rittershausen*

languentis aeui dum sunt aliquae reliquiae, 15
auxilio locus est: olim senio debilem
frustra adiuuare bonitas nitetur tua,
cum iam desierit esse beneficio utilis,
et Mors uicina flagitabit debitum.
stultum admouere tibi preces existimo, 20
procliuis ultro cum sis misericordiae.
saepe impetrauit ueniam confessus reus:
quanto innocenti iustius debet dari?
tuae sunt partes; fuerunt aliorum prius;
dein simili gyro uenient aliorum uices. 25
decerne quod religio, quod patitur fides,
ut gratuler me stare iudicio tuo.
excedit animus quem proposui terminum,
sed difficulter continetur spiritus,
integritatis qui sincerae conscius 30
a noxiorum premitur insolentiis.
qui sint, requiris? apparebunt tempore.
ego, quondam legi quam puer sententiam
'Palam muttire plebeio piaculum est',
dum sanitas constabit, pulchre meminero. 35

18 desierit *Pith.*: desideret *PR'* utilis *Gude*: utilius *PR'*: beneficium (*R'*) utile *Pith. uulg.* 20 preces *R'*: preceps *P* existimo *Guyet Scheffer*: exis *PR'*: sexcenties *Gude* 21 sis misericordiae *Scheffer*: sit misericordia *P* 24 prius *in proximo uersu post* aliorum *habet P, huc transtulit Gude* 27 ut gratuler *Johnson*: et gratulari *PR'* stare *Johnson*: tatere *PR'* et gratulari me fac *Pith. uulg.* 28* proposui *scripsi*: proposuit *P* 31 insolentiis *Pith.*: insolentis *PR* 32 requiris *Bentley*: requires *P* 33 puer *Pith.*: pueri *PR* 34 *Ennianum ex Telepho tragoedia uersum laudat Festus, p.* 145 piaculum *Festus*: periculum *P* 35 meminero *Rittershausen*: memini *P*: memin. *R*

LIBER QVARTVS

PROLOGVS

POETA AD PARTICVLONEM

CVM destinassem terminum operi statuere,
in hoc ut aliis esset materiae satis,
consilium tacito corde damnaui ⟨meum⟩.
nam si quis etiam talis est tituli ⟨appetens⟩,
quo pacto diuinabit quidnam omiserim, 5
ut illud ipse incipiat famae tradere,
sua cuique cum sit animi cogitatio
colorque proprius? ergo non leuitas mihi,
sed certa ratio causam scribendi dedit.
quare, Particulo, quoniam caperis fabulis, 10
(quas Aesopias, non Aesopi, nomino,
quia paucas ille ostendit, ego pluris sero,
usus uetusto genere sed rebus nouis,)
quartum libellum cum uacaris perleges.
hunc obtrectare si uolet malignitas, 15
imitari dum non possit, obtrectet licet.
mihi parta laus est quod tu, quod similes tui,

Prologus: **H** 77. *Perotto notum; cf. adn. ad u.* 15. *Post epilogum libri* III *alieno loco exhibitum a PR huc transtulit Brotier* 1 operi statuere *Scheffer*: operis habere *PR'* 3 meum *add. Rittershausen*: *om. PR'* 4 appetens *add. Freinsheim*: aemulus *Iac. Gronov*: *om. PR'* 5 diuinabit *Rigault*: damnabit *PR ex* 3 6* illud *Guyet*: illum *PR'* ipse incipiat *scripsi*: ipsum cupiam *PR'*: ipsum cupiat *Guyet* 7 concitatio *Havet* 8 proprius *Rittershausen*: prior *PR*: priuus *Lefebvre*: -uos *Scheffer* 10 Particulo *Pith.*: particula *PR'* fabulis *Pith.*: fabulae *PR'* 12 quia *Bentley*: quasi *PR* pluris *Havet*: plures *P* sero *Orelli*: dissero *P, cf. Liu.* vii. 2. 8 14* cum *Bentley*: dum *PR* uacaris *scripsi*: uacarit *Bentley*: uariae *P*: uarie *R* 15–17 *habet Perottus in prologo suo*

uestras in chartas uerba transfertis mea,
dignumque longa iudicatis memoria.
inlitteratum plausum nec desidero. 20

I

ASINVS ET *GALLI*

QVI natus est infelix, non uitam modo
tristem decurrit, uerum post obitum quoque
persequitur illum dura fati miseria.
Galli Cybebes circum in quaestus ducere
asinum solebant, baiulantem sarcinas. 5
is cum labore et plagis esset mortuus,
detracta pelle sibi fecerunt tympana.
rogati mox a quodam, delicio suo
quidnam fecissent, hoc locuti sunt modo:
'Putabat se post mortem securum fore: 10
ecce aliae plagae congeruntur mortuo!'

II

POETA

IOCVLARE tibi uidemur: et sane leui,
dum nil habemus maius, calamo ludimus.
sed diligenter intuere has nenias;

18 transfertis *Pith.*: transferetis *PR'* 19 dignosque (*sc.* labores meos) longa iudicant memoria *Perottus* 20 inliteratum *Schoppe*: in litterarum *PR'* nec *Freinsheim Scheffer*: ire *PR*

I. **H** 78, **Th** 68. GALLINA *PR'*: *corr. Pith.* *Apud Paraphrastas nescios* 'Galli' *qui uiri essent fabula ex toto reficta est* 4 in *add. Heinsius, Gude* quaestus *de Meurs*: questus *PR*: quaestu *Speyer*: lucri causa *Ad. Ro.*: ad lucri causam *Wiss.* 6 *sententiam reddunt Paraphrastae* lassatus et quassatur *Ro.*: plagas (*l.* plagis) et uia lassus *Wiss.* 7 tympana et cribella *Paraphrastae* 9 iocati *Heinsius* 10 putabat post mortem se esse securum (*sic fere*) *Paraphrastae* 11 mortuo *Pith.*: mortui *PR'*

II. **H** 78–79, **Th** 72. 1* ioculare *Tzschucke*: ioculares *Heinsius* uidemur *Heinsius al.*: uidetur *P* 2 nil *Mueller*: nihil *P* maius *Pith.* (maiius *Havet*): manu *PR* calamo *Pith.*: calomo *PR*

quantam in pusillis utilitatem reperies!
non semper ea sunt quae uidentur: decipit 5
frons prima multos, rara mens intellegit
quod interiore condidit cura angulo.
hoc ne locutus sine mercede existimer,
fabellam adiciam de mustela et muribus.
Mustela, cum annis et senecta debilis 10
mures ueloces non ualeret adsequi,
inuoluit se farina et obscuro loco
abiecit neclegenter. mus, escam putans,
adsiluit et comprensus occubuit neci;
alter similiter, deinde perit et tertius. 15
post aliquot uenit saeculis retorridus,
qui saepe laqueos et muscipula effugerat;
proculque insidias cernens hostis callidi,
'Sic ualeas', inquit 'ut farina es, quae iaces!'

III

DE VVLPE ET VVA

FAME coacta uulpes alta in uinea
uuam adpetebat, summis saliens uiribus.
quam tangere ut non potuit, discedens ait
'Nondum matura es; nolo acerbam sumere'.
Qui, facere quae non possunt, uerbis eleuant, 5
adscribere hoc debebunt exemplum sibi.

4* quantam in pusillis *scripsi*: quantam subtilis *PR*: sub illis *Pith.* 5 decipit *Pith.*: despici *PR'* (-it *R'*) 7 interiore *Rittershausen*: inferiore *PR* 8* sine mercede] gratuito *conieceram* 11 iam adsequi *Havet*: iam non sequebatur *Ro. ex parte maiore* 14 comprensus *Rittershausen*: compressus *PR'*, *tamquam ursula quaedam esset mustela* 15 dein perit *dubitanter Havet*: periit deinde *Bentley* 16* post *om. P*: *add. Havet* aliquod *P* aliquot secutis uenit et ret. *Rigault* retorridus *R' corr. ut uid.*: reterritus *P m.* 1, *R' m.* 1

III. **H** 80, **Th** 71. 1 uulpis *PR'* 4 es *Johnson quod tuentur Ro. Wiss* nolo te acerbam: est *P edd.* aceruam *PR*

IV

EQVVS ET APER

EQVVS sedare solitus quo fuerat sitim,
dum sese aper uolutat turbauit uadum.
hinc orta lis est. sonipes, iratus fero,
auxilium petiit hominis; quem dorso leuans
rediit ad hostem laetus. hunc telis eques 5
postquam interfecit, sic locutus traditur:
'Laetor tulisse auxilium me precibus tuis;
nam praedam cepi et didici quam sis utilis'.
atque ita coegit frenos inuitum pati.
tum maestus ille 'Paruae uindictam rei 10
dum quaero demens, seruitutem repperi'.
Haec iracundos admonebit fabula
inpune potius laedi quam dedi alteri.

V

POETA

PLVS esse in uno saepe quam in turba boni
narratione posteris tradam breui.
Quidam decedens tres reliquit filias,
unam formosam et oculis uenantem uiros,
at alteram lanificam et frugi rusticam, 5
deuotam uino tertiam et turpissimam.
harum autem matrem fecit heredem senex
sub condicione, totam ut fortunam tribus
aequaliter distribuat, sed tali modo:
'ni data possideant aut fruantur'; tum 'simul 10

IV. **H** 81, **Th** 79. *Apud Paraphrastas fabula est de equo et ceruo; cf. Hor. Epist.* i. 10. 34 *seqq.* 4, 5 petiit . . . rediit *Pith.*: petit . . . redit *PR'* 5 laetus *Rigault, postea* 'maestus' *erat, u.* 10: laetus iactis *P*: laetus, iaculis *A Spengel*: iactis *Pith. uulg.*
V. **H** 82. 8 conditione *ut alibi P* 10 ni *PR, h. e.* ne

habere res desierint quas acceperint,
centena matri conferant sestertia'.
Athenas rumor implet. mater sedula
iuris peritos consulit; nemo expedit,
quo pacto ni possideant quod fuerit datum, 15
fructumue capiant: deinde, quae tulerint nihil,
quanam ratione conferant pecuniam.
postquam consumpta est temporis longi mora,
nec testamenti potuit sensus colligi,
fidem aduocauit, iure neclecto, parens. 20
seponit moechae uestem, mundum muliebrem,
lauationem argenteam, eunuchos glabros;
lanificae agellos, pecora, uillam, operarios,
boues, iumenta et instrumentum rusticum;
potrici plenam antiquis apothecam cadis, 25
domum politam et delicatos hortulos.
sic destinata dare cum uellet singulis
et adprobaret populus, qui illas nouerat,
Aesopus media subito in turba constitit:
'O si maneret condito sensus patri, 30
quam grauiter ferret quod uoluntatem suam
interpretari non potuissent Attici!'
rogatus deinde soluit errorem omnium.
'Domum et ornamenta cum uenustis hortulis
et uina uetera date lanificae rusticae: 35
uestem, uniones, pedisequos et cetera
illi adsignate, uitam quae luxu trahit:
agros et uillam et pecora cum pastoribus
donate moechae. nulla poterit perpeti,
ut moribus quid teneat alienum suis. 40
deformis cultum uendet ut uinum paret:

12 sestertia *Pith.*: setertia *P* 15 ni *Havet*: si non *PR* 25 apotecam *P Havet* 29 *ante* Aesopus *P quasi titulum* AESOPVS *exhibet* 34 ortulis *P* 38 agros et uillam *Bentley*: agros utiles *P*

agros abiciet moecha ut ornatum gerat;
at illa gaudens pecore et lanae dedita
quacumque summa tradet luxuriam domus.
sic nulla possidebit quod fuerit datum, 45
et dictam matri conferent pecuniam
ex pretio rerum quas uendiderint singulae.'
Ita quod multorum fugit inprudentiam
unius hominis repperit sollertia.

VI

PVGNA MVRIVM ET MVSTELARVM

Cvm uicti mures mustelarum exercitu
(historia, quot sunt, in tabernis pingitur)
fugerent et artos circum trepidarent cauos,
aegre recepti, tamen euaserunt necem:
duces eorum, qui capitibus cornua 5
suis ligarant ut conspicuum in proelio
haberent signum quod sequerentur milites,
haesere in portis suntque capti ab hostibus;
quos immolatos uictor auidis dentibus
capacis alui mersit tartareo specu. 10
Quemcumque populum tristis euentus premit,
periclitatur magnitudo principum,
minuta plebes facili praesidio latet.

VII

PHAEDRVS

Tv qui nasute scripta destringis mea,

42* gerat *Dressler*: paret *P*, *ut in* 41: imperet *Bothe*, *fort.* ferat 44* summa tradet *Pith.*: summae tradat *PR'* luxuriam domus *scripsi*: luxuriae domum *P* 46 et dictam *Pith.*: edictam *PR'* 47 ex *Pith.*: et *P*

VI. **H** 83. 2* quot sunt *scripsi*: quorum *P* 13 plebes *Pith.*: plebis *PR'*

VII. **H** 84. 1* nasutē *an* nasutē? destringis *Rittershausen*: distringis *P*

et hoc iocorum legere fastidis genus,
parua libellum sustine patientia,
seueritatem frontis dum placo tuae
et in coturnis prodit Aesopus nouis: 5
'Vtinam nec umquam Pelii in nemoris iugo
pinus bipenni concidisset Thessala,
nec ad professae mortis audacem uiam
fabricasset Argus opere Palladio ratem,
inhospitalis prima quae Ponti sinus 10
patefecit in perniciem Graium et Barbarum.
namque et superbi luget Aeetae domus,
et regna Peliae scelere Medeae iacent,
quae, saeuum ingenium uariis inuoluens modis,
illinc per artus fratris explicuit fugam, 15
hic caede patria Peliadum infecit manus'.—
Quid tibi uidetur? 'Hoc quoque insulsum est' ait
'falsoque dictum, longe quia uetustior
Aegea Minos classe perdomuit freta,
iustoque uindicauit exemplo impium'. 20
quid ergo possum facere tibi, lector Cato,
si nec fabellae te iuuant nec fabulae?
noli molestus esse omnino litteris,
maiorem exhibeant ne tibi molestiam.
Hoc illis dictumst qui stultitia nausiant 25
et, ut putentur sapere, caelum uituperant.

3* parua *Rigault*: par *P* libellam *Rittershausen* 5 en *de Meurs* nouis *Pith.*: nobis *P* 6 nec *Bongars*: ne *PR* Pelii *Salmasius*: Pelei *P* in *Heinsius*: *om. P* 9* opera Palladia *Mueller* 12 Aeetae *Pith.*: aetate *P* 13 scelere *Pith.*: scele *PR'* 14* dolis *Heinsius* 15 illinc *Hartman*: illic *P* 16 patria *Heinsius*: patris *P* infecit *Pith.*: interfecit *PR'*, caede *decepti* 20* impium, *h. e.* impietatem, *scripsi ut I. Chauvin*: imperium *P* 21 lector Cato *Pith.*: lecte reato *PR'* 22 fabellae . . . fabulae *Pith.*: fabella . . fubulae *P* 25 dictumst] st *Mueller*: est *Bongars*: est si *P* stultitia *Rittershausen*: stultitiam *PR*

VIII

SERPENS AD FABRVM FERRARIVM

MORDACIOREM qui improbo dente adpetit,
hoc argumento se describi sentiat.
In officinam fabri uenit uipera.
haec, cum temptaret si qua res esset cibi,
limam momordit. illa contra contumax, 5
'Quid me', inquit 'stulta, dente captas laedere,
omne adsueui ferrum quae conrodere?'

IX

VVLPIS ET CAPER

HOMO magnum ut uenit in periclum callidus,
reperire effugium quaerit alterius malo.
Cum decidisset uulpes in puteum inscia
et altiore clauderetur margine,
deuenit hircus sitiens in eundem locum. 5
simul rogauit, esset an dulcis liquor
et copiosus, illa fraudem moliens
'Descende, amice; tanta bonitas est aquae,
uoluptas ut satiari non possit mea'.
inmisit se barbatus. tum uulpecula 10
euasit puteo, nixa celsis cornibus,
hircumque clauso liquit haerentem uado.

VIII. H 85, Th 62. 7 *om. Ad. qui, ut ceteri Paraphrastae, non nulla ae limae ui sectili adicit unde mutilam esse fabulam credidit Havet*
IX. H 86. 1* *Pro titulo* IN PERICVLVM SIMVL AC VENIT CALLIDVS VVLPIS ET CAPER *PR′ et in u.* 1 Homo simul ac uenit in magnum periculum *PR′*, *unde scripsi* Homo magnum ut uenit in periclum callidus: Homo in periclum simul ac uenit callidus *Gude edd.* 2 alterius *ante* malo *Bentley*: *ante* quaerit *PR′*: *ante* repperire *R′* 4 altiori *Bentley in notis nondum editis* 5 *interpunxi ut Nauck*, locum. simul *uulg.* 6* simus *Housman fort. recte* 10 uulpecula *Pith.*: uulpicula *PR*

X

DE VITIIS HOMINVM

PERAS imposuit Iuppiter nobis duas:
propriis repletam uitiis post tergum dedit,
alienis ante pectus suspendit grauem.
Hac re uidere nostra mala non possumus;
alii simul delinquunt, censores sumus. 5

XI

FVR ET LVCERNA

LVCERNAM fur accendit ex ara Iouis,
ipsumque compilauit ad lumen suum.
sacrilegio qui onustus cum discederet,
repente uocem sancta misit religio:
'Malorum quamuis ista fuerint munera 5
mihique inuisa ut non offendar subripi,
tamen, sceleste, spiritu culpam lues,
olim cum adscriptus uenerit poenae dies.
sed ne ignis noster facinori praeluceat,
per quem uerendos excolit pietas deos, 10
ueto esse tale luminis commercium'.
itaque hodie nec lucernam de flamma deum
nec de lucerna fas est accendi sacrum.
Quot res contineat hoc argumentum utiles
non explicabit alius quam qui repperit. 15
significat primum saepe quos ipse alueris
tibi inueniri maxime contrarios;
secundum ostendit scelera non ira deum, 19
fatorum dicto sed puniri tempore; 18

XI. H 88. 3 *sic Johnson*: onustus q. sacrilegio *PR* 4 sancta *Pith.*: sanctam *PR* 5 munera *Pith.*: munere *PR′* 8 poenae *Pith.*: poena *PR* 12 lucernam *Pith.*: lucerna *PR* 14 quot *Pith.*: quod *PR* 16 primum *Havet*: primo *PR* 18, 19 *inter se transposuit Pith.*

nouissime interdicit ne cum malefico 20
usum bonus consociet ullius rei.

XII

MALAS ESSE DIVITIAS

OPES inuisae merito sunt forti uiro,
quia diues arca ueram laudem intercipit.
Caelo receptus propter uirtutem Hercules,
cum gratulantes persalutasset deos,
ueniente Pluto, qui Fortunae est filius, 5
auertit oculos. causam quaesiuit Pater.
'Odi' inquit 'illum quia malis amicus est
simulque obiecto cuncta corrumpit lucro'.

XIII

DE LEONE REGNANTE

'VTILIVS homini nil est quam recte loqui'
probanda cunctis est quidem sententia;
sed ad perniciem solet agi sinceritas.
XIV. Cum se ferarum regem fecisset leo,
et aequitatis uellet famam consequi, 5
a pristina deflexit consuetudine,
atque inter illas, tenui contentus cibo,
sancta incorrupta iura reddebat fide.

XII. **H** 89. *Pro titulo* MALAS ESSE DIVITIAS *P* 5 ueniente *Pith.*: uenienti *PR* Pluto *Pith.*: plutone *P*
XIII. **H** 90, 91, **Th** 70. 1 nil *Mueller*: nihil *PR'* nihil est homini *R'*: n. esse homini *Bentley* 2 probata *Heinsius* *post* 3 *lacunam statuit Havet* 4 regem *R*: rege *P* sibi ferae regem fortissimum leonem fecissent *Ad. Ro. paene omnes, non Wiss.* 6 renuntiauit prioribus factis et mutauit consuetudinem *uel similia Paraphrastae* 7* tenui . . . cibo *PR'*: (contentus) sine sanguine cibum *Wiss. et similia alii Paraphrastae, fort.* miti . . . cibo. pecus ullum se non laedere *uel similia add. Paraphrastae* 8 *conferenda sunt Paraphrastarum* sanctam et incorruptam iurauit se fidem seruare

postquam labare coepit paenitentia, 9
durando ingenium nec iam poterat uincere, 10
occepit aliquot in secretum ducere
osque an sibi feteret fallax quaerere;
quis, uerum siue dicerent mendacium,
laniatis cunctis se saturabat sanguine.
hoc multis cum fecisset, uenit ad simium. 15
idem is rogatus cinnamomo suauius
fragrare os dixit et deorum altaribus.
leo, hunc qui erubuit laudatorem laedere,
fidem ut mutaret, finxit sese languidum.
concurrunt undecumque medicorum genus, 20
tactis qui uenis pulsum sanum ut uiderunt,

9 labare *Rittershausen*: lauare *PR*: habere *Paraphrastae* 10 sqq. *Fabulae finem qui intercidit in P e uestigiis Paraphrastarum* (*Ad. usque ad u.* 16 *Ro. Wiss.*) *restituere conatus sum. respicienda sunt quae tam de uerbis quam de re iam fusius disputau Classical Quarterly, tom.* xiii (1919), *pp.* 82–87) 10 et mutare non potuit (posset) naturam *Paraphrastae nisi quod* patientia (= durando) *additum in Ad.* 11 coepit aliquos ducere in secretum (-o) *Paraphrastae* 12 (et) fallacia (ut falleret) quaerere (ab eis) si (an) ei os puteret *uel* feteret (an os foetens haberet *Ad.*) *Paraphrastae*, puteret *fort. a Phaedro est* 13 *dedi secundum Wiss.* uerum mendacium dicente(s), *ceteri interpretantur Phaedrum potius quam reddunt* 14 omnes (tamen) laniabat ita ut saturaretur sanguine (et saturabatur eorum carnibus *Ad.*) *Paraphrastae* 15 haec (hoc) cum multis fecisset (faceret) *Paraphrastae* uenit ad simium *et mox* interrogans *Ro. ex parte*, postea simium (-am) interrog(ab)at *Ad. Wiss. Ro. ex parte* 16 idem is rogatus *scripsi secundum Ro. ex parte* interrogans eam simili modo: [interrogans] si putidum (foetitum *Wiss.*) haberet os *ceteri* cinnamomo suauius *Ad.*: quasi cinnamomum (cinnamum) *ceteri* 17 *inter* olere *et* fragrare *uariant Paraphrastae, cf.* 12 et d. altaribus *Mueller*: et (quasi) d. altaria *Paraphrastae* 18 leo autem (uero) *Ro. Ad.* hunc *dedi ex Wiss. qui* tunc er(ubu)it laudatorem (-atricem *sc.* simiam *Ro. ex parte*) erubuit laedere (ut laederet) *Paraphrastae* 19 fidem ut mutaret *dedi*, mutauit fidem, ut deciperet *et peiora Paraphrastae* *finem uersus dedi secundum Wiss. qui* esse fincxit languidum, languere se (languorem) simulabat *Ro.* 20 concurrunt *scripsi*: continuo querunt *Wiss.*: continuo uenerunt *Ro.*, *cetera dedi ex indiciis Wiss. quamuis grauiter corrupti* medici potius clini uberi passim ullique genus, medici *tantum Ro.* 21 tactis qui uenis *scripsi*: tantis autem uenius *Wiss.*: qui ut uenas considerauerunt *Ro.* p. sanum ut uid. *Ro., alteri lectioni*, infandum *scilicet, fauet* erat pulsus inenarrabilis *Wiss.*

fastidium leuantem suaserunt cibum,
cuncta ut licent tyrannis. at leo 'Simii
sapor mihist ignotus; hanc carnem uelim'.
atque ita locuto blandus rapitur simius. 25

XIV (XV)

PROMETHEVS

* *

a fictione ueretri linguam mulieris.
adfinitatem traxit inde obscaenitas'.

XV (XVI)

IDEM

ROGAVIT alter, tribadas et molles mares
quae ratio procreasset? exposuit senex.
'Idem Prometheus, auctor uulgi fictilis
qui, simul offendit ad fortunam, frangitur,
naturae partes ueste quas celat pudor 5
cum separatim toto finxisset die,
aptare mox ut posset corporibus suis,
ad cenam est inuitatus subito a Libero.

22 suaserunt ei sumere cibum aliquem qui leuis esset et tolleret fastidium pro digestione *Ro.*: suadetur sumere aliquem cibum in quietem et qui ei leuaret fastidium *Wiss.* 23 cuncta ut licent tyrannis *scripsi*: ut regibus omnia licent *Ro. Wiss.* at leo *unus ex Ro.*: ille *uel* at ille *alii*: *om. Wiss.*: inquit *add. omnes.* 24 ignota est mihi inquid simii caro. hanc uellem ignoro quid sit hanc sapor *Wiss.*: ign. est inq. m. c. simii (-iae) uellem hanc (illam eam) probare *Ro.* 25 ut est locutus *Ro. Wiss. ferendum fortasse* blandus rapitur s. *scripsi*: statim necatur beniloquus s. (simia boniloquax) *Ro.*: statim rapuit bene loquens simius offeretur (*pro* aufertur) *Wiss.*, *addito apud Ro.* complures ut eius carnem cito in escam sumeret, *apud Wiss.* ut regi erat iussum et statim laniatus ab eo

XIV. H 64. *Eiusdem argumenti, peruersae scilicet libidinis, ac* XV *cum quo coniungendum uidetur ut censet Speyer* 1 affictione *Rigault*

XV. H 65. 1 tribadas *Pith.*: triuadas *PR'* 8 subito *Pith.*: ut subito *P* Libero *Pith.*: liberto *P*

ubi inrigatus multo uenas nectare
sero domum est reuersus titubanti pede. 10
tum semisomno corde et errore ebrio
adplicuit uirginale generi masculo,
et masculina membra adposuit feminis.
ita nunc libido prauo fruitur gaudio.'

XVI (XVII)

DE CAPR[E]IS BARBATIS

BARBAM capellae cum impetrassent ab Ioue,
hirci maerentes indignari coeperunt,
quod dignitatem feminae aequassent suam.
'Sinite' inquit 'illas gloria uana frui
et usurpare uestri ornatum muneris, 5
pares dum non sint uestrae fortitudini.'
Hoc argumentum monet ut sustineas tibi
habitu esse similes qui sunt uirtute impares.

XVII (XVIII)

DE FORTVNIS HOMINVM

CVM de fortunis quidam quereretur suis,
Aesopus finxit consolandi hoc gratia.
'Vexata saeuis nauis tempestatibus
inter uectorum lacrimas et mortis metum,
faciem ad serenam ut subito mutatur dies, 5
ferri secundis tuta coepit flatibus
nimiaque nautas hilaritate extollere.

12 uirginale *Pith.*: uirginali *P* 13* adposuit *Mueller*: adplicuit *P*

XVI. H 66. 6 fortitudini *Rittershausen*: fortitudine *R*: -is *P*

XVII. H 67. *Pro titulo* DE CAPREIS BARBATIS *PR' de quo conf. Suetoni locum Tib.* 45 *ab Haueto laudatum* 1 quereretur *Pith.*: quaer. *P* 2 consolandi *Pith.*: consulandi *PR* hoc *Bentley*: haec *Havet*: *om. P* 5 ut *post* subito *add. Bongars, ante* subito *Heinsius*: *om. P*

factus periclo sic gubernator sophus
'Parce gaudere oportet et sensim queri,
totam quia uitam miscet dolor et gaudium'. 10

XVIII (XIX)

CANES LEGATOS *MISERVNT* AD IOVEM

CANES legatos olim misere ad Iouem,
meliora uitae tempora oratum suae,
ut sese eriperet hominum contumeliis,
furfuribus sibi consparsum quod panem darent,
fimoque turpi maxime explerent famem. 5
profecti sunt legati non celeri pede;
dum naribus scrutantur escam in stercore,
citati non respondent. uix tandem inuenit
eos Mercurius et turbatos adtrahit.
tum uero, uultum magni ut uiderunt Iouis, 10
totam timentes concacarunt regiam.
uetat dimitti magnus illos Iuppiter; 13
propulsi uero fustibus uadunt foras. 12
. . . . . .
mirari sibi legatos non reuertier; 14
turpe aestimantes aliquid commissum a suis,
post aliquod tempus alios adscribi iubent.
rumor cacatus superiores prodidit:
timentes rursus aliquid ne simile accidat,
odore canibus anum, sed multo, replent.

8* periclo (*quod Rittershausen*) sic *scripsi* (tum *Pith. edd.*): periculosis (periculo sis *R'*) tum *PR* sophos *R*: sophus *P*: σοφος *Havet* 10 quis *Havet*: quae *P*: que *R'*
XVIII. **H** 68. *In titulo addidi* MISERVNT, *Havet* MISERE, *om. P* 2 meliora . . . tempora *Vrsinus*: melioris . . . tempus *P* 3 ut *Heinsius*: uti *P* eriperet *Gude*: abriperet *PR* 4 darent *Pith.*: daret *P* 5 maxime *Mueller*: maximam *P* 12, 13* *inter se transposui* *Ante* 14 *omissum in P uersum sic suppleuit Riese*
canes interea qui illis rem mandauerant
14 mirati *Pith.*: mirari *PR'* 15 aliquid commissum *Pith.*: aliquod comisum *P* 16 asciri *R' Heinsius* 17* cacatus *scripsi*: legatos *P*

mandata dant; legati mittuntur; statim 20
abeunt; rogantes aditum continuo impetrant.
consedit genitor tum deorum maximus
quassatque fulmen: tremere coepere omnia.
canes confusi, subitus quod fuerat fragor,
repente, odore mixto cum merdis, cacant. 25
reclamant omnes uindicandam iniuriam.
sic est locutus ante poenam Iuppiter:
'Non est legatos regis non dimittere,
nec est difficile poenas culpae imponere.
sed hoc feretis pro ludibrio praemium: 30
non ueto dimitti, uerum cruciari fame,
ne uentrem continere non possint suum.
illi autem qui miserunt uos tam futtiles
numquam carebunt hominum contumelia'.
ita nunc legatos expectantes posteri, 35
nouum ut uenire quis uidet culum olfacit.

XIX (XX)

SERPENS MISERICORDI NOCIVA

QVI fert malis auxilium, post tempus dolet.
Gelu rigentem quidam colubram sustulit
sinuque fouit, contra se ipse misericors;
namque, ut refecta est, necuit hominem protinus.
hanc alia cum rogaret causam facinoris, 5
respondit 'Ne quis discat prodesse improbis'.

20 *ita Rigault*: mandant dimittuntur statim *PR'* 21 abeunt *Scheffer*: adeunt *P* 24 confusi subitus *Gude*: confusus subito *P* ruerat *Salmasius Heinsius* 25* odore *scripsi*: odorem *P* 26 di clamant *Burman* 30* *fort. scribendum* par ludibrio *Gow*: iudicio *P* 31* cruciantor *Heinsius* 33 bis *Havet* 34 hominum *Scheffer*: hominis *P*: omni *Heinsius* 35 posteri *R' Bongars Rigault*: posteros *PR'* 36 ut uenire quis *Havet*: uenire cum *P quod qui seruabit, necesse est lacunam statuat post* 35 *ut Hare*
XIX. **H** 69, **Th** 13. *In tit* MISERICORDIA *PR'*: *corr. Riese* 3 se ipse contra *Havet* 4 necuit *Pith.*: nocuit *PR*

XX (XXI)

VVLPIS ET DRACO

VVLPES, cubile fodiens dum terram eruit
agitque pluris altius cuniculos,
peruenit ad draconis speluncam ultimam,
custodiebat qui thensauros abditos.
hunc simul adspexit 'Oro ut inprudentiae 5
des primum ueniam; deinde, si pulchre uides
quam non conueniens aurum sit uitae meae,
respondeas clementer: quem fructum capis
hoc ex labore, quodue tantum est praemium,
ut careas somno et aeuum in tenebris exigas?' 10
'Nullum;' inquit ille 'uerum hoc ab summo mihi
Ioue adtributum est'. 'Ergo nec sumis tibi
nec ulli donas quidquam?' 'Sic Fatis placet.'
'Nolo irascaris, libere si dixero:
dis est iratis natus qui est similis tibi.' 15
Abiturus illuc quo priores abierunt,
quid mente caeca miserum torques spiritum?
tibi dico, auare, gaudium heredis tui,
qui ture superos, ipsum te fraudas cibo,
qui tristis audis musicum citharae sonum, 20
quem tibiarum macerat iucunditas,
obsoniorum pretia cui gemitum exprimunt,
qui, dum quadrantes aggeras patrimonio,
caelum fatigas sordido periurio,
qui circumcidis omnem inpensam funeris, 25
Libitina ne quid de tuo faciat lucri?

XX. **H** 70. *Habet Perottus cum titulo* IN AVARVM 1 Vulpis *PR'* 2 plures *P* 3 ultimam *P*: intimam (-a *V*) *NV Bentley* 8 rapis *N* 12 attributum *NV* 15 diis *NV* tui *V*: tibi *PN* (*ut uidetur*) *ante* 16 *titulum* IN AVARVM *habent PR' et NV, uu.* 16–26 *ante* 1 *collocatis* 21 iocunditas *PR'NV et similia alibi* 22 gemitus *NV* 23 quadrante augeas patrimonia *NV* 25 funeri *NV* 26 Libitina ne *NR* (Libet.) *Pith.*: Libitura ne *V*: Libetinane *P* lucrum *PR'* *unde* ne quod *Rittershausen al.*

XXI (XXII)

PHAEDRVS

QVID iudicare cogitas, Liuor, modo?
licet dissimulet, pulchre tamen intellego.
quicquid putabit esse dignum memoria,
Aesopi dicet; si quid minus adriserit,
a me contendet fictum quouis pignore. 5
quem uolo refelli iam nunc responso meo:
siue hoc ineptum siue laudandum est opus,
inuenit ille, nostra perfecit manus.
sed exsequamur coepti propositum ordinem.

XXII (XXIII)

DE SIMONIDE

HOMO doctus in se semper diuitias habet.
Simonides, qui scripsit egregium melos,
quo paupertatem sustineret facilius,
circum ire coepit urbes Asiae nobiles,
mercede accepta laudem uictorum canens. 5
hoc genere quaestus postquam locuples factus est,
redire in patriam uoluit cursu pelagio;
erat autem, ut aiunt, natus in Cia insula.
ascendit nauem; quam tempestas horrida

XXI. **H** 71. *Habet Perottus cum titulo* MVLTVM SEMPER INVIDIE INTER HOMINES ESSE 1–3 *conflauit Perottus* 1 cogitas *Havet*: cogitet *Pith.*: cogitur *PR* liuor *R' Pith.*: libor *PR'* 2 dissimilet *P* 3 memoria *N*: memori(a)e *PR'* 4 dicunt *NV* 5 contendunt *NV* 9 *om. NV* coepti *Johnson*: coeptum *P*

XXII. **H** 72. *Habet Perottus cum titulo* DE SIMONIDE *addito in indice* POETA ET QVOD HOMO VIRTVTE ET DOCTRINA PREDITVS OMNIA SECVM SVA HABET 1 *om. NV* 5 certa *Havet*: pacta *Heinsius* 6 factum *PR* 7 redire *NV*: uenire *P* pelagio *Bongars*: pelagi *PR'V* 8 *om. NV* ut a. natus *Bongars*: natus ut a. *P* Cia *Lachmann*: schia *P*

simul et uetustas medio dissoluit mari, 10
hi zonas, illi res pretiosas colligunt,
subsidium uitae. quidam curiosior
'Simonide, tu ex opibus nil sumis tuis?'
'Mecum' inquit 'mea sunt cuncta'. tunc pauci enatant,
quia plures onere degrauati perierunt. 15
praedones adsunt, rapiunt quod quisque extulit,
nudos relinquunt. forte Clazomenae prope
antiqua fuit urbs; quam petierunt naufragi.
hic litterarum quidam studio deditus,
Simonidis qui saepe uersus legerat, 20
eratque absentis admirator maximus,
sermone ab ipso cognitum cupidissime
ad se recepit; ueste, nummis, familia
hominem exornauit. ceteri tabulam suam
portant, rogantes uictum. quos casu obuios 25
Simonides ut uidit, 'Dixi' inquit 'mea
mecum esse cuncta; uos quod rapuistis perit'.

XXIII (XXIV)

MONS PARTVRIENS

MONS parturibat, gemitus inmanes ciens;
eratque in terris maxima exspectatio.
at ille murem peperit. Hoc scriptum est tibi,
qui, magna cum minaris, extricas nihil.

10 et *om. NV* mari, *Festa*: *uulgo* mari. *distinguunt* 11 hii *PR'* 13 nihil *PNV* Simonide inquit tu nihil ex istis (-os *V*) sumis *NV* 14 tunc *P*: tum *N*: tam *V* 15 quia *P*: nam *NV* perierunt *N*: periere *V*: perierant *P* 17 nudo *P* 18 antiqua *NV*: natiqua *PR'* 20 uersus *NV*: uerus *PR'* 22 ab *om. NV* 23 receptum *NV* 25 portant *NV*: poriant *P m.* 1 *R'*: porrigunt *P m.* 2 *unde* porgunt *Rittershausen* obuius *P* 26 dixit *PR'* 27 periit *NV*

XXIII. **H** 73, **Th** 31. *Perottus, ut uidetur, sciens praetermisit Post u.* 1 *P habet* Quod ille pareret

XXIV (XXV)

FORMICA ET MVSCA

[Nihil agere quod non prosit fabella indicat.]
FORMICA et musca contendebant acriter,
quae pluris esset. musca sic coepit prior:
'Conferre nostris tu potes te laudibus?
ubi immolatur, exta praegusto deum; 5
moror inter aras, templa perlustro omnia.
in capite regis sedeo, cum uisum est mihi,
et matronarum casta delibo oscula;
laboro nil atque optimis rebus fruor.
quid horum simile tibi contingit, rustica?' 10
'Est gloriosus sane conuictus deum,
sed illi qui inuitatus, non qui inuisus est.
aras frequentas? nempe abigeris quom uenis 16
reges commemoras et matronarum oscula? 13
super etiam iactas, tegere quod debet pudor. 18
ego grana in hiemem cum studiose congero, 14
te circa murum pasci uideo stercore. 15
nihil laboras? ideo, cum opus est, nil habes. 17
aestate me lacessis; cum bruma siles. 19
mori contractam cum te cogunt frigora, 20

XXIV. **H** 74, **Th** 46. *Habet Perottus cum titulo* NEMINEM DEBERE SE EXORNARE FALSIS LAVDIBVS 1 *om. NV. finis est fab.* III. xvii *hic alienus* 4 conferre *NV*: conferri *P* 6 *ante* 5 *posuit Mueller; fines idem uersuum* deum *et* omnia *inter se transire iussit* 9* nil *Mueller*: nihil *PNV* 10 contigit *NV* 11 plane *NV* 12 inuitatus *Bentley*: inuitatur *PNV* 13-18 *perturbatos in codicibus ordinaui* 16, 13, 18 *ut Rigault et* 14-15, 17 *ut Wagner* 14* grana *scripsi*: granum *PNV* 15 pasci uideo *NV*: uideo pasci *P* 16 aburis *NV* quom *Scheffer*: quo *PN*: quoque *V* 17 ideoque *NV omissis* cum opus est nil *Pith.*: nihil *PNV* 18 *quo pertineat in obscuro est ut non sine causa Rank Mnemosyne t.* 40, *p.* 43 *de omissis uersibus cogitauerit* debet *N*: debes *P*: decet *V* 19* cum bruma *scripsi*: cur bruma *NV*: cum bruma est *PR'*

me copiosa recipit incolumem domus.
satis profecto rettudi superbiam.'
Fabella talis hominum discernit notas
eorum qui se falsis ornant laudibus,
et quorum uirtus exhibet solidum decus. 25

XXV (XXVI)

POETA *DE SIMONIDE A DIS SERVATO*

QVANTVM ualerent inter homines litterae,
dixi superius: quantus nunc illis honos
a superis sit tributus, tradam memoriae.
Simonides idem ille, de quo rettuli,
uictori laudem cuidam pyctae ut scriberet, 5
certo condixit pretio. secretum petit;
exigua cum frenaret materia impetum,
usus poetae ut moris est licentia,
atque interposuit gemina Ledae sidera,
auctoritatem similis referens gloriae. 10
opus adprobauit; sed mercedis tertiam
accepit partem. cum relicuas posceret,
'Illi' inquit 'reddent quorum sunt laudis duae.
uerum, ut ne irate te dimissum sentiant,
ad cenam mihi promitte; cognatos uolo 15
hodie inuitare, quorum es in numero mihi'.

23-25 *om. NV, sed cf. tit.*
XXV. **H** 75. *Titulus in PR'* POETA *tantum. Habet Perottus cum titulo* QUANTVM MOMENTI HABEAT PIETAS ET RELIGIO DIVINA 1-3 *om. Perottus* 3 tradam *Pith.*: et tradam *P* 4 idem ille *P*: ille supra *NV* 5 uictori *NV*: uictoris *PR'* laudes *NV* pict(a)e *PRNV* 6 condixit *de Meurs Scaliger*: conduxit *PRNV*: conductus *Bentley* 8 ut *Rittershausen*: *om. PRNV* more *NV* et licentia (-ae *V*) est *NV* 9* ledae *NV* (-e): laede *PR* pignera *Mueller* 10* auctoritatem *P*: auctores apte *NV*, *apte et hi* 11 adprobabit *P m.* 1 *R'* 12 reliquas *Gude*: reliquam *PR*: reliquum *NV* 13 laudis *Scheffer*: laudes *PR'*: partes *NV interpretamentum manifestum* 14 ne irate *P*: sine ira *NV*: ne iratum *Rittershausen*: ne ingrate *Heinsius* sentiant *NV*: sentiam *P* 15 mihi promitte *P*: mecum ueni *NV*

fraudatus quamuis et dolens iniuria,
ne male dimissam gratiam corrumperet,
promisit. rediit hora dicta, recubuit.
splendebat hilare poculis conuiuium, 20
magno apparatu laeta resonabat domus,
repente duo cum iuuenes, sparsi puluere,
sudore multo diffluentes, corpore
humanam supra formam, cuidam seruolo
mandant ut ad se prouocet Simonidem; 25
illius interesse ne faciat moram.
homo perturbatus excitat Simonidem. 28
unum promorat uix pedem triclinio: 27
ruina camarae subito oppressit ceteros;
nec ulli iuuenes sunt reperti ad ianuam. 30
ut est uulgatus ordo narratae rei,
omnes scierunt numinum praesentiam
uati dedisse uitam mercedis loco.

EPILOGVS

POETA AD PARTICVLONEM

ADHVC supersunt multa quae possim loqui,
et copiosa abundat rerum uarietas;
sed temperatae suaues sunt argutiae,
inmodicae offendunt. quare, uir sanctissime,
Particulo, chartis nomen uicturum meis, 5

18 dimissam *PNV*: dissimulans *Mueller* 19 redit *NV* 20 populis *NV* 21 *om. NV* 22 duo cum *N*: domino (*ita tamquam a* dño *ortum*) cum *V*: cum duo *P* 24 formam *N primitus ut ceteri codd., non* speciem, *teste Bassi* seruulo *NV* 25 prouocet *V Pith.*: prouocent *PR'* 27, 28* *inter se transposuit Pith.* 27 promorat *N* (premeret *V*): promouerat *PR* 29 camarae *P*: domus *NV* 32 scierunt *P*: dixerunt *NV* numinum *NV*: nominum *P m.* 1 *R'*
Post hoc carmen sequuntur in PR' libri III *epilogus et libri* IV *prologus*
Epilogus. **H** 96. *Hoc carmen quod post* V. v *exhibent PR huc transtulit Brotier, dissentiente Haueto* 4 inmodicae *Rittershausen*: inmodica *PR* 5 chartis *Pith.*: artis *PR* uicturum *Pith.*: uirturum *P m.* 1

Latinis dum manebit pretium litteris,
si non ingenium, certe breuitatem adproba;
quae commendari tanto debet iustius,
quanto cantores sunt molesti ualidius.

7 adproba *Pith.* : adprobat *PR'* 9* cantores *scripsi* : poetae *PR'*

LIBER QVINTVS

PROLOGVS

IDEM POETA

AESOPI nomen sicubi interposuero,
cui reddidi iam pridem quicquid debui,
auctoritatis esse scito gratia;
ut quidam artifices nostro faciunt saeculo,
qui pretium operibus maius inueniunt nouis 5
si marmori adscripserunt Praxitelen suo,
detrito Myn argento, tabulae Zeuxidem.
adeo fucatae plus uetustati fauet
Inuidia mordax quam bonis praesentibus.
sed iam ad fabellam talis exempli feror. 10

* *

I

DEMETRIVS REX ET MENANDER POETA

DEMETRIVS rex, qui Phalereus dictus est,
Athenas occupauit imperio improbo.
ut mos est uulgi, passim et certatim ruit.

Librum V *cum libro* IV *continuant PR*
Prologus. H 97. *Perotto notus; cf. adn. ad u.* 8 2 reddidi *Pith.* : reddi *PR'* 5 nouis *Heinsius* : nouo *P* 7 Myn *Bergk* : Myronem *PR'* : trito Myronem *Bongars* tabulae *Bentley* : fabul(a`e *PR* Zeuxidem *Bentley* : exaudiant *PR* : Pausian *Bergk* 8 fucatae *J. F. Gronov* : fugatae *PR' Perottus qui uu.* 8, 9 *suo ad Pyrrhum prologo inseruit* uetustati *quod coni. Bentley, Perottus* : uetustis *PR'* 10 *Post h. u. lacunam statuit Mueller cui refragatus Havet hoc carmine cum sequenti coniuncto* haud talis *legit*
I. H 98. 1* Demetrius rex *ex R restitui* : rex *om. PNV inuito ipsius Pithoeani titulo edd.* qui dictus est *RNV* : qui dictus *P* Phalereus *quod in fine uersus exhibent PNV ante* dictus *transposui ut Bentleius in notis nondum editis*

'Feliciter!' succlamans. ipsi principes
illam osculantur qua sunt oppressi manum, 5
tacite gementes tristem fortunae uicem.
quin etiam resides et sequentes otium,
ne defuisse noceat, repunt ultimi:
in quis Menander, nobilis comoediis,
quas, ipsum ignorans, legerat Demetrius, 10
et admiratus fuerat ingenium uiri,
unguento delibutus, uestitu fluens,
ueniebat gressu delicato et languido.
hunc ubi tyrannus uidit extremo agmine
'Quisnam cinaedus ille in conspectu meo 15
audet ceuere?' responderunt proximi
'Hic est Menander scriptor'. mutatus statim
'Homo' inquit 'fieri non potest formosior'.

II

DVO MILITES ET LATRO

Dvo cum incidissent in latronem milites,
unus profugit; alter autem restitit,
et uindicauit sese forti dextera.
latrone excusso timidus accurrit comes,
stringitque gladium, dein reiecta paenula 5
'Cedo' inquit 'illum; iam curabo sentiat
quos attemptarit'. tunc qui depugnauerat

4 succlamans *Burman*: succlamant *RNV*: suo clammant *P m.* 1 principis *P m.* 1 *R* 6 taciti *NV*; *cf. App.* xxxi. 3 8 ne *NV*: ni *PR Havet*; *cf.* IV. v. 10, 15 repetunt *PR'* 11 miratus *P m.* 1 12 fluens *N* (florens *V*): affluens *R'*: afluens *P* 13 gresso *PR'* 15* conspectum meum *NV uulg.* ceuere *Gow*: uenire *PR' uulg.* 17 mutato statu *V in N euanidum* 18* *om. PR' an* neruosior?

II. **H** 92. *Habet Perottus* CVM TITVLO MVLTOS IN REBVS SECVNDIS FORTES ESSE QVI IN DVBIIS SVNT TIMIDI 1, 2 *om. PR* 3 uindicabit *PR'* 4 excusso *Chauvin*: exciso *NV*: occiso *P* 5 dein *Pith.*: deinde *PRNV*

'Vellem istis uerbis saltem adiuuisses modo;
constantior fuissem, uera existimans.
nunc conde ferrum et linguam pariter futtilem. 10
ut possis alios ignorantes fallere,
ego, qui sum expertus quantis fugias uiribus,
scio quam uirtuti non sit credendum tuae'.
Illi adsignari debet haec narratio,
qui re secunda fortis est. dubia fugax. 15

III

CALVVS ET MVSCA

Calvi momordit musca nudatum caput,
quam opprimere captans alapam sibi duxit grauem.
tunc illi inridens 'Punctum uolucris paruulae
uoluisti morte ulcisci; quid facies tibi,
iniuriae qui addideris contumeliam?' 5
respondit 'Mecum facile redeo in gratiam,
quia non fuisse mentem laedendi scio.
sed te, contempti generis animal improbum,
quae delectaris bibere humanum sanguinem,
optem carere uel maiore incommodo'. 10
Hoc argumento uenia donari decet,
qui casu peccat. nam qui consilio est nocens,
illum esse quauis dignum poena iudico.

9 *om. NV* 10 futilem *Pith.*: futile *PR*: *om. V.* *N legi nequit et hic et in uu. sequentium finibus* 11, 12* *interpunxi ut Hartman* 12 quae sint uires tuae *V* 13 quam *NV*: quid *PR* non *om. V* 14, 15 *om. NV, sed cf. tit.*

III. **H** 93, **Th** 42. *Habet Perottus cum titulo* HIS QVI CASV PECCANT IANDAM ESSE VENIAM QVI VERO CONSVLTO DELINQVVNT EOS ESSE PVNIENDOS 2 oppremere *P m.* 1 *R* 5 qui addideris *NV*: quia dederis *PR* 7 nam non *N* 8 contempti *N*: contemsi *PR* animale *Havet* 10* carere *NV*: necare *PR* 11-13 *om. V* 11 uenia donari *Desbillons*: ueniam donari *Cunningham*: ueniam dari *PR* decet *Cunningham*: docet *PR*, *quod qui retinent* argumentum *legunt* 12 nam *Rigault*: quam *PR'* 13 quauis *Rittershausen*: quamuis *PR'* poena dignum *R' Pith.*

IV

ASINVS ET PORCELLI *HORDEVM*

QVIDAM, immolasset uerrem cum sancto Herculi,
cui pro salute uotum debebat sua,
asello iussit reliquias poni hordei.
quas aspernatus ille sic locutus est:
'Libenter istum prorsus adpeterem cibum, 5
nisi qui nutritus illo est iugulatus foret'.
Huius respectu fabulae deterritus,
periculosum semper uitaui lucrum.
sed dicis 'Qui rapuere diuitias, habent'.
numeremus agedum qui deprensi perierunt; 10
maiorem turbam punitorum reperies.
paucis temeritas est bono, multis malo.

V

SCVRRA *ET* RVSTICVS

PRONO fauore labi mortales solent,
et, praeiudicio dum stant erroris sui,
ad paenitendum rebus manifestis agi.
Facturus ludos diues quidam nobilis
proposito cunctos inuitauit praemio, 5
quam quisque posset ut nouitatem ostenderet.

IV. **H** 94. *Titulus in PR'* ASINI ET PORCELLI; *dedi quod Havetus dederat. Habet Perottus cum titulo* VITANDVM SEMPER ESSE PERICVLOSVM LVCRVM 1 cum immolasset uerrem *NV* 2 cui *NV*: qui *PR* 3 reliquias *PV*: relliquias *R'N* 5 istum *NV*: tuum *PR* 7–12 *om. Perottus, sed cf. tit.* 9* dices *Heinsius* latuere *Bentley* latent *Wakefield* 12 est bono *Pith.*: bono est *PR'*

V. **H** 95. *Habet Perottus cum titulo* PRAVO FAVORE SAEPENVMERO HOMINES LABI 1–3 *om. Perottus* 1 Prauo *NV in titulo*: Paruo *PR* labi *NV in titulo*: laui *PR* 2 praeiudicio *Salmasius*: pro iudicio *PR* 4 diues quidam *NV*: quidam diues *PR* et nobilis *NV*, ludos nobilis *non intellecto* 6 possit *PR* ostenderet *PR*: faceret *NV*

uenere artifices laudis ad certamina;
quos inter scurra, notus urbano sale,
habere dixit se genus spectaculi
quod in theatro numquam prolatum foret. 10
dispersus rumor ciuitatem concitat.
paullo ante uacua turbam deficiunt loca.
in scaena uero postquam solus constitit
sine apparatu nullis adiutoribus,
silentium ipsa fecit expectatio. 15
ille in sinum repente demisit caput,
et sic porcelli uocem est imitatus sua,
uerum ut subesse pallio contenderent,
et excuti iuberent. quo facto, simul
nihil est repertum, multis onerant lancibus 20
hominemque plausu prosequuntur maximo.
hoc uidit fieri rusticus: 'Non mehercules
me uincet' inquit; et statim professus est
idem facturum melius se postridie.
fit turba maior. iam fauor mentes tenet, 25
et derisuros, non spectaturos, scias.
uterque prodit. scurra degrunnit prior,
mouetque plausus et clamores suscitat.
tunc simulans sese uestimentis rusticus
porcellum obtegere (quod faciebat scilicet, 30
sed, in priore quia nil compererant, latens),
peruellit aurem uero, quem celauerat,
et cum dolore uocem naturae exprimit.

8 notus *PR'*: unus *NV* 11 conuocat *NV* 12 uacuam *PR* turba *NV* 16 dimisit *PR'* 17 porcellum uoce imitatus est *NV* 18 contenderent *N*: -et *PRV* 20 nihil *PN*: nil *V Mueller* lancibus *PR'*: laudibus *NV* 22 uidet ut *Heinsius* mehercules *NV*: mehercule *P* 23 uincet *P*: uincit *NV* 26 ut *Heinsius, haud scio an recte* derisurus *NV* spectaturos *R'*: exspectaturos *PR'*: sec(qu *V*)uturus *NV* scias *Heinsius*: sit et *PR*: sedet *NV*: ciet *uel* citat *Johnson* 27 degrunnit *N Pith.*: digr. *P* 28 clamorem *NV* 29 tum *NV* rusticis *PR* 31 *om. NV* nil *Pith.*: nihil *PR* 32 uero *P*: porco *ex interpretamento NV*

adclamat populus scurram multo similius
imitatum, et cogit rusticum trudi foras. 35
at ille profert ipsum porcellum e sinu,
turpemque aperto pignore errorem exprobrans
'En, hic declarat quales sitis iudices!'

VI

DVO CALVI

INVENIT caluus forte in triuio pectinem.
accessit alter, aeque defectus pilis:
'Heia' inquit 'in commune quodcumque est lucri!'
ostendit ille praedam, et adiecit simul:
'Superum uoluntas fauit; sed Fato inuido 5
carbonem, ut aiunt, pro thensauro inuenimus'.
Quem spes delusit, huic querella conuenit.

VII

PROCAX TIBICEN

VBI uanus animus, aura captus friuola,
arripuit insolentem sibi fiduciam,
facile ad derisum stulta leuitas ducitur.
Princeps tibicen notior paulo fuit,
operam Bathyllo solitus in scaena dare. 5
is forte ludis (non satis memini quibus)
dum pegma rapitur, concidit casu graui

34 adclamat *sic*: *cf. Sen. Ep.* 47. 13 scurram *V*: scurra *PR'* 35* et poscit *Nauck* 36 proferet *PR* e *P*: de *V* sinu *V*: sino *PRN* 37 exprobrans *N* (*ut uid.*) *V*: probans *P*

VI. **H** 99. *Titulus* in *PR'* CALVVS ET QVIDAM PILIS DEFECTVS 3 in *J. F. Gronov*: *om. PR'* 6 thensauro *R'*: thes. *P* 7 querela *Pith.*: querelae *R'* (-e *P*), *quo seruato* concinet *Mueller, uersum del. Bothe*

VII. **H** 100. 2 arripuit *Bongars*: abripuit *P* 3 stulta *Pith.*: et stulta *P* 5 scaena *Pith.*: chena *P* 7 pecma *PR*

necopinus et sinistram fregit tibiam,
duas cum dextras maluisset perdere.
inter manus sublatus et multum gemens 10
domum refertur. aliquot menses transeunt,
ad sanitatem dum uenit curatio.
ut spectatorum molle est et lepidum genus,
desiderari coepit, cuius flatibus
solebat excitari saltantis uigor. 15
erat facturus ludos quidam nobilis,
is, ut incipiebat Princeps ad baculum ingredi,
perducit pretio precibus ut tantummodo
ipso ludorum ostenderet sese die.
qui simul aduenit, rumor de tibicine 20
fremit in theatro: quidam adfirmant mortuum,
quidam in conspectum proditurum sine mora.
aulaeo misso, deuolutis tonitrubus,
di sunt locuti more translaticio.
tunc chorus ignotum modo reducto canticum 25
insonuit, cuius haec fuit sententia
LAETARE INCOLVMIS ROMA SALVO PRINCIPE.
in plausus consurrectum est. iactat basia
tibicen: gratulari fautores putat.
equester ordo stultum errorem intellegit, 30
magnoque risu canticum repeti iubet.
iteratur illud. homo meus se in pulpito
totum prosternit. plaudit inludens eques:
rogare populus hunc choro ueniam aestimat.

8 necopinus et *Nevelet*: nec opia sed *PR'* 11 aliquod *P* transeunt *Pith.*: transent *P* 13 mollest *Mueller*: mos est *P* 17* is *add. Havet olim*: *om. PR'* ut *Burman*: et ut *Bentley*: et *PR'* ad baculum *scripsi*: abduci reum *PR'* 18* perducit *scripsi*: a se reducit *PR'*: adducit *Salmasius*: inducit *Heinsius*: is uicit *nunc Havet* 21 fremit *Pith.*: fremet *P* 24 dii *P* 25 modo reducto *Gude*: more ducto *P* 26* insonuit *Freinsheim*: inposuit *P* 29 putans *Walch. fort. recte* 34 choro ueniam *Havet*: coronam *P*, *quo seruato* existimat *Pith. uulg.* estimat *R' Havet*: estimat *P*

ut uero cuneis notuit res omnibus, 35
Princeps, ligato crure niuea fascia,
niueisque tunicis, niueis etiam calceis,
superbiens honore diuinae domus,
ab uniuersis capite est protrusus foras.

VIII

TEMPVS

CVRSV uolucri pendens in nouacula
caluus comosa fronte nudo corpore,
quem si occuparis, teneas, elapsum semel
non ipse possit Iuppiter reprehendere,
occasionem rerum significat breuem. 5
Effectus impediret ne segnis mora,
finxere antiqui talem effigiem Temporis.

IX

TAVRVS ET VITVLVS

ANGVSTO in aditu taurus luctans cornibus
cum uix intrare posset ad praesepia,
monstrabat uitulus quo se pacto flecteret.
'Tace': inquit 'ante hoc noui tu quam natus es.'
Qui doctiorem emendat, sibi dici putet. 5

X

CANIS *VETVLVS* ET VENATOR

ADVERSVS omnes fortis et uelox feras

38 honore *de Meurs* : honorem uidit *PR'* 39 protrusus *Pith.* : protusus *P*

VIII. **H** 101. 2 nudo corpore *bene defendit Thiele ap. Hermem* 41. 577 *sq.*

IX. **H** 102, **Th** 98. 3 flecteret *Rittershausen cod. Vindobonensis* 303 : plecteret *P Wiss.* 4 tu quam *scripsi* : quam tu *Vind.* 303 *Wiss. Pith.* : quam *PR* esses *R Vind.* 303 *Wiss.*

X. **H** 103, **Th** 33. *In titulo* VETVLVS *dedi*, ET SERVVS *PR'* : SENEX SVS *Havet* 1 fortis *Pith.* : fortes *PR* uelox *Heinsius* : ueloces *PR'*

canis cum domino semper fecisset satis,
languere coepit annis ingrauantibus.
aliquando obiectus hispidi pugnae suis,
arripuit aurem; sed cariosis dentibus 5
praedam dimisit rictus. uenator dolens
canem obiurgabat. cui senex contra Lacon
'Non te destituit animus, sed uires meae.
quod fuimus lauda, si iam damnas quod sumus'.
Hoc cur, Philete, scripserim, pulchre uides. 10

2 cum *Ad. Ro. ex parte Pith.* : dum *PR' Wiss.* 3 ingrauantibus *Pith.* : ingrabantibus *PR* : ingruentibus *Bentley in notis nondum editis* 6* rictus *scripsi* : hic tunc *PR'* 7 Lacon *Bentley* : latrans *PR* : contra cui latrans senex *Mueller* 9 lauda si *Gude* : laudas *PR* : laudasti *Paraphrastae* : laudas si *Havet* 10 Philete *Rigault* : filite *PR*

PHAEDRIANARVM FABVLARVM

APPENDIX PEROTTINA

I

SIMIVS ET VVLPES

Auarum etiam quod sibi superest non libenter dare

VVLPEM rogabat partem caudae simius,
per humum quam tanta traheret longitudine, 1 b
contegere honeste posset ut nudas nates;
cui sic maligna 'Longior fiat licet,
tamen illam citius per lutum et spinas traham,
partem tibi quam quamuis paruam impartiar, 5
meo ut tegimine tu uidearis pulchrior'. 5 b

I. **H** 104, **Th** 67. *Fabulam a Paraphrastis plenius redditam contraxit Perottus* 1 b* *uersum amissum secundum Paraphrastas refinxi. hi enim* quid enim inquit utile est tibi ut sis ponderosus sine causa tantaeque longitudinis cauda quam per terram trahis (q. e. i. tibi utile tantae long. caudam per terram trahere) *Ro.*, tanta longitudine *praestat Wiss.*, *Ad. euanidus est* 2 *fortasse* honeste hinc *cum Paraphrastae praestent* (Rogabat simius (-a) uulpem) ut de magnitudine caudae suae sibi daret unde (*uel* particulam sibi daret qua) nates suas turpissimas tegeret *et similia* 5 quam tibi impartiar paruam (-um *V*) quamuis partem *NV* (*N post* quamuis scriptum habet bonum *sed lineola expunctum*). *uersus uerba ultima quo Mueller et Havet ordine collocaui, quod ad prima attinet, illi,* tibi q. partem *Mueller*, q. tibi particulam *Havet, ediderunt* 5 b* *secundum Paraphrastarum indicia dedi* ne tu meo tegumento pulchrior uidearis (neu tu meo ornatu uidereris pulchrior *Ro.*), ne meo tegimine pulcher (*ras.*) uidearis (*ras.*) *Wiss.*

Post hanc fabulam XXXI *exhibet Perottus, quem sequitur Havet, ceteri ut Jannelli ad finem Appendicis eam reiciunt*

II

AVCTOR

Non esse plus aequo petendum

ARBITRIO si Natura finxisset meo
genus mortale, longe foret instructius.
nam cuncta nobis attribuisset commoda
quae cui Fortuna indulgens animali dedit,
elephanti uires et leonis impetum, 5
cornicis aeuum, gloriam tauri trucis,
equi uelocis placidam mansuetudinem;
et adesset homini sua tamen sollertia.
nimirum in caelo secum ridet Iuppiter,
haec qui negauit magno consilio hominibus, 10
ne sceptrum mundi raperet nostra audacia.
Ergo contenti munere inuicti Iouis
fatalis annos decurramus temporis,
nec plus conemur quam sinit mortalitas.

III

MERCVRIVS ET MVLIERES

De eodem alia fabella

MERCVRIVM hospitio mulieres ⟨uiduae⟩ duae
inliberali et sordido receperant;
quarum una in cunis paruum habebat filium,
quaestus placebat alteri meretricius.
ergo ut referret gratiam officiis parem, 5
abiturus, et iam limen excedens, ait

II (III). **H** 106. 2 feret *V* 3* attribuissem *Havet* 4 quae cui *Mueller*: quaecumque *V*; *cf.* v. 15 5* cum leonino impetu *Havet* 6* cornicis *d'Orville*, *Jannelli*: corpus in *V* 10 hominibus *N*: hominis *V*

III (IV). **H** 107. 1 uiduae *add. Chauvin*: *om. NV* 2 sordido *N*: -a *V* 5 referret *N*: preferret *V* par . . *N*: *om. V*

'Deum uidetis; tribuam uobis protinus
quod quaeque optarit'. mater suppliciter rogat,
barbatum ut uideat natum quam primum suum;
moecha, ut sequatur sese quidquid tetigerit. 10
uolat Mercurius; intro redeunt mulieres:
barbatus infans, ecce, uagitus ciet.
id forte meretrix cum rideret ualidius,
nares repleuit umor ut fieri solet.
emungere igitur se uolens prendit manu 15
traxitque ad terram nasi longitudinem,
et aliam ridens ipsa ridenda extitit.

IV

PROMETHEVS ET DOLVS

De Veritate et Mendacio

OLIM Prometheus saeculi figulus noui
cura subtili Veritatem fecerat,
ut iura posset inter homines reddere.
subito accersitus nuntio magni Iouis
commendat officinam fallaci Dolo, 5
in disciplinam nuper quem receperat.
hic, studio accensus, facie simulacrum pari,
una statura, simile et membris omnibus,
dum tempus habuit, callida finxit manu.
quod prope iam totum mire cum positum foret, 10
lutum ad faciendos illi defecit pedes.

8 suppliciter *V*: supplica . . *N* rogat *Bothe*: regat *V* 12 ciet *N*: erit *V*, *sed mg.* ciet *m.* 1 13 cum *ante* forte *NV*, *ante* rideret *transp. Jannelli* rideret *idem*: ridet *NV*; id dum portentum m. ridet *Froehlich* 14 umor *Havet*: humor *NV* 17 aliam *Burman*: alium *V*

IV (V). **H** 108. 1 figulus noui *Jannelli*: noui figulus *NV* 2* cura *V*, *an* creta (*Jannelli*) *habuerit N dubium* 4 accersitus *N ut uid.*: acersitus *V* 7 pati *V* 9 calida *VN*, *sed corr. m.* 1 10 mire *N*: mire *ex* misere *V*

redit magister, quo festinanter Dolus
metu turbatus in suo sedit loco.
mirans Prometheus tantam similitudinem
propriae uideri uoluit artis gloriam; 15
igitur fornaci pariter duo signa intulit.
quibus percoctis atque infuso spiritu,
modesto gressu sancta incessit Veritas,
at trunca species haesit in uestigio.
tunc falsa imago atque operis furtiui labor 20
Mendacium appellatum est, quod negantibus
pedes habere facile et ipse adsentio.
Simulata interdum initio prosunt hominibus;
sed tempore ipsa tamen apparet ueritas.

V

AVCTOR

Sensum aestimandum esse, non uerba

IXION quod uersari narratur rota,
uolubilem Fortunam iactari docet.
aduersus altos Sisyphus montes agens
saxum labore summo, quod de uertice
sudore semper irrito reuoluitur, 5
ostendit hominum fine nullo miserias.
quod stans in amne Tantalus medio sitit,
auari describuntur, quos circumfluit
usus bonorum, sed nil possunt tangere.

12 festinanter *Bothe*: festinante *NV* 15 propriae *N*: prop^{r}e *V* 20 mago *V* 22* f. et ipse adsentio *Riese*: ipse consentio *V* 23, 24 (**H** 109) *a prioribus diuisos apud Perottum cum titulo* NIHIL DIV OCCVLTVM *cum isdem continuauit Jannelli quem secutus est Bothe et edd. recentiores* initio *Mueller*: uitia *NV* ipsa *Festa*: ipso *NV*

V (VII). **H** 110. 1* Ixion *N*: Irion *V* quod *ita NV* 2 fortuna *N ut uid.* 3 agens *Jannelli*: agit *V et ut uid. N* 4* sudore *et in* 5 labore *Nauck, fort. recte* 6* fine nullo *scripsi ut uersus saltem euaderet*: sine fine *NV*: sine fine esse *Zell uulg.*

urnis scelestas Danaides portant aquas, 10
pertusa nec complere possunt dolia?
immo, luxuriae quicquid dederis, perfluet.
nouem porrectus Tityos est per iugera,
tristi renatum suggerens poenae iecur?
quo quis maiorem possidet terrae locum, 15
hoc demonstratur cura grauiore adfici.
consulto inuoluit ueritatem antiquitas,
ut sapiens intellegeret, erraret rudis.

VI

AVCTOR

De oraculo Apollinis

VTILIVS quid sit nobis, dic, Phoebe, obsecro,
qui Delphos et formosum Parnasum incolis.
subito sacratae uatis horrescunt comae?
tripodes mouentur, mugit adytis religio,
tremuntque lauri, et ipse pallescit dies. 5
uoces resoluit icta Pytho numine,
docetque gentes Delii monitus dei:
'Pietatem colite; uota superis reddite;
patriam, parentes, natos, castas coniuges
defendite armis; hostem ferro pellite; 10
amicos subleuate; miseris parcite;
bonis fauete; subdolis ite obuiam.
delicta uindicate; corripite impios;

12 perfluet *N*: profluit *V* 14 tristi . . . poenae *Jannelli*: tristis . . . pene *NV* 15* quis *Jannelli*: quisque *NV* terrae modum *Rank* 16 affici *NV*

VI (VIII). **H** 111. 2 frondosum *Housman* 3* subito *Riese, cf. Verg. A.* vi. 47: quid o *V et ut uid. N ex* qui de *u.* 2 6 Python *Mueller quod* Pytho *esse debuit ne serpere cogeretur* Pythia: phyton *N*: phiton *V* 10 ferroque *NV*: et ferro *Jannelli*: ferroque hostem *Cassitto* 13* corripite *scripsi*: castigate *NV*

punite, turpi thalamos qui uiolant stupro;
malos cauete; nulli nimium credite'. 15
haec elocuta concidit uirgo furens,
furens profecto: nam quae dixit perdidit.

VII

AESOPVS ET SCRIPTOR

De malo scriptore se laudante

AESOPO quidam scripta recitarat mala,
in quis inepte multum se iactauerat.
scire ergo cupiens quidnam sentiret senex
'Numquid tibi' inquit 'uisus sum superbior?
haud uana nobis ingeni fiducia est'. 5
confectus ille pessimo uolumine
'Ego' inquit 'quod te laudas uehementer probo;
namque hoc ab alio numquam continget tibi'.

VIII

POMPEIVS ET MILES

Quam difficile sit hominem nosse

MAGNI Pompeii miles uasti corporis
fracte loquendo et ambulando molliter
famam cinaedi traxerat certissimi.
hic insidiatus nocte iumentis ducis
cum ueste et auro et magno argenti pondere 5
auertit mulos. factum rumor dissipat;

VII (IX). **H** 112. 4 tibi inquit u'sus sum *Mueller*: inquit sum tibi uisus *N* 5 ingeni *Mueller*: ingenii *NV* 8 nunquam *NV*

VIII (X). **H** 113. 3 certissimi *Havet*: certissime *N ut uid. V m.* 1: -am *V m.* 2 *uulg.*

arguitur miles, rapitur in praetorium.
tum Magnus 'Quid ais? tune me, commilito,
spoliare es ausus?' ille continuo exscreat
sibi in sinistram et sputum digitis dissipat: 10
'Sic, imperator, oculi exstillescant mei,
si uidi aut tetigi'. tum uir animi simplicis
id dedecus castrorum propelli iubet,
nec cadere in illum credit tantam audaciam.
breue tempus intercessit, et fidens manu 15
unum de nostris prouocabat barbarus.
sibi quisque metuit; primi iam mussant duces.
tandem cinaedus habitu sed Mars uiribus
adit sedentem pro tribunali ducem,
et uoce molli 'Licet?' eum uero eici, 20
ut in re atroci, Magnus stomachans imperat.
tum quidam senior ex amicis principis
'Hunc ego committi satius fortunae arbitror,
in quo iactura leuis est, quam fortem uirum,
qui casu uictus temeritatis te arguat'. 25
assensit Magnus, et permisit militi
prodire contra; qui, mirante exercitu,
dicto celerius hostis abscidit caput,
uictorque rediit. his tunc Pompeius super:
'Corona, miles, equidem te dono libens, 30
quia uindicasti laudem Romani imperi;
sed exstillescant oculi sic' inquit 'mei',
turpe illud imitans ius iurandum militis,
'nisi tu abstulisti sarcinas nuper meas'.

10 dissicit *Havet* 15 fidens manu *Jannelli*: manu fidens *NV* 16 nostris *Jannelli, Havet*: Romanis *V quo seruato* e *Orelli edd. plurimi* 17 iam *addidi*: quin *Mueller*: *om. NV* 20* eum uero *Jannelli*: enim uero *NV* eiici *Jannelli*: eiici uirum *NV* 28* hostis *Jannelli*: hosti *NV*: hosti praecidit *Burman* 29 rediit *Jannelli*: redit *NV* 30 miles *Jannelli*: militis *NV* 31 imperi *Jannelli*: imperii *NV*

IX

IVNO, VENVS ET GALLINA

De mulierum libidine

Dis et deabus ⟨omnibus⟩ praesentibus 1 a
cum castitatem Iuno laudaret suam 1
uno maritae quippe contentae uiro, 1 b
iucunditatis causam Venus haud repudiat.
nullamque ut affirmaret esse illi parem,
. . . . . 3 b
interrogasse sic gallinam dicitur:
'Dic, sodes, quanto possis satiari cibo?' 5
respondit illa 'Quidquid dederis, satis erit,
sic ut concedas pedibus aliquid scalpere'.
'Ne scalpas,' inquit 'satis est modius tritici?'
'Plane immo nimium est; sed permittes scalpere?'
'Ex toto ne quid scalpas, quid desideras?' 10
tum denique illa fassa est naturae malum:
'Licet horreum mi pateat, ego scalpam tamen'.
risisse Iuno dicitur Veneris iocos,
quia per gallinam denotarit feminas.

IX (XI). **H** 114, **Th** 58. 1 a*, b* *uersus praeeunte Haueto ex Paraphrastarum indiciis restitui.* *habent autem Ro. ex parte* diis deabusque praesentibus Iuno laudabat castitatem et persuadebat melius esse ut femina uni esset coniuncta proprioque suo sufficeret, *ex parte uero* diis d. pr. Iuno coepit laudare castitatem et suasit optimam fore feminam contentam unius uiri (uno uiro) nihilque extra quaerere *atque in eandem sententiam sed breuius et corruptius Wiss. Havet post u.* 1 *sic edidit* dis et deabus asserens praesentibus | mari coniungi melius uni feminam 2* causam *Jannelli*: causa *NV* (*cf.* iocandi causa *Ro. Wiss.*): ansam *Haupt, fort. recte* haud repudiat *scripsi*: non repellit *NV*: non renuit *Havet* 3 b* *sententiam amissi uersus quem festiuissime corruperunt Paraphrastae in hunc modum restituere conatus sum*

quamuis patientem lanificii et domisedam

9* imo *N*: uno *V* *sustuli comma quod uulgo post* plane *habent* permittes *Havet*: permitte *NV* 10* *interpunxi ut Speyer* 12 mi *Jannelli*: mihi *NV* 14 quae *Havet* denotarit *Havet*: denotauit *NV*

X

IVVENCVS ET BOS VETVLVS

Quomodo domanda sit ferox iuuentus

PATERFAMILIAS saeuum habebat filium.
hic, e conspectu cum patris recesserat,
uerberibus seruos afficiebat plurimis,
et exercebat feruidam adulescentiam.
Aesopus ergo narrat hoc breuiter seni: 5
'Quidam iuuenco uetulum adiungebat bouem.
is cum refugiens impari collo iugum
aetatis excusaret uires languidas,
"Non est quod timeas" inquit illi rusticus
"non ut labores iunxi, sed ut istum domes, 10
qui calce et cornu multos reddit debiles".
et tu nisi istum tecum assidue detines,
eiusque ingenium comprimis clementia,
uide ne querella maior accrescat domus'.
Atrocitati mansuetudo est remedium. 15

XI

AESOPVS ET VICTOR GYMNICVS

Quomodo comprimatur aliquando iactantia

VICTOREM forte gymnici certaminis
iactantiorem Phryx cum uidisset sophus,
interrogauit, an plus aduersarius

X (XII). **H** 115, **Th** 6. 6 *pro* uetulum . . . bouem *Paraphrastae Ro. Wiss.* uitulum . . . boui *legerant unde ad* bouem *accreuit apud eosdem* maturo *uel* maiori *corruptela* 11 reddit *N*: reddis *V* 12 detines *Cassitto*: retines *NV* 14 domu *Mueller, fort.* querellae . . . modus
XI (XIII). **H** 116. 1 Victorem forte *Jannelli*: forte uictorem *NV* 2 Phrŷx *ante* cum *add. Havet, post* uidisset *Jannelli* sophus *Jannelli*: Aesopus *NV* 3 an plus *Jannelli*: amplius ne *N*: ampliusne *V*, *inlato* ne *ex u.* 4

ualuisset; saeuus ille 'Ne istud dixeris;
multo fuere uires maiores meae'. 5
'Quod' inquit 'ergo, stulte, meruisti decus,
minus ualentem si uicisti fortior?
ferendus esses, arte si te diceres
superasse eum qui te esset melior uiribus'.

XII

ASINVS AD LYRAM

Quam ingenia saepe calamitate intercidant

ASINVS iacentem uidit in prato lyram;
accessit et temptauit chordas ungula.
sonuere tactae. 'Bella res sed mehercules
male cessit ea', ait 'artis quia sum nescius.
si repperisset aliquis hanc prudentior, 5
diuinis aures oblectasset cantibus'.
Sic saepe ingenia calamitate intercidunt.

XIII

MVLIER VIDVA ET MILES

Quanta sit inconstantia et libido mulierum

PER aliquot annos quaedam dilectum uirum
amisit, et sarcophago corpus condidit.
a quo diuelli nullo cum posset modo,
et in sepulchro lugens uitam degeret,

4* saeuus *scripsi*: suus *NV* 8* arte *Halbertsma*: forte *NV* 9* eum *et* te *addidi*: *om. NV*
XII (XIV). **H** 117. 2 et *Jannelli*: *om. NV* tentauit *NV* 3 sed *Mueller*: *om. NV* 4 ea *addidi*: *om. NV*: ego *Havet*: inquit *pro* ait *Jannelli*
XIII (XV). **H** 118, **Th** 59. 1 Ephesi a. annis *Speyer* 3 abs *Havet*

claram assecuta est famam castae uirginis. 5
interea, fanum qui compilarant Iouis,
cruci suffixi luerunt poenas numini.
horum reliquias ne quis posset tollere,
custodes dantur milites cadauerum,
monumentum iuxta, mulier quo se incluserat. 10
aliquando sitiens unus de custodibus
aquam rogauit media nocte ancillulam,
quae forte dominae tunc adsistebat suae
dormitum eunti; namque lucubrauerat,
et usque in serum uigilias perduxerat. 15
paulum reclusis foribus miles prospicit,
uidetque egregiam facie pulchra feminam.
correptus animus ilico succenditur,
uritque sensus impotentis cupiditas.
sollers acumen mille causas inuenit, 20
per quas uidere possit illam saepius.
cotidiana capta consuetudine,
paullatim facta est aduenae submissior,
mox artior reuinxit animum copula.
hic dum consumit noctes custos diligens, 25
desideratum est corpus ex una cruce.
turbatus miles factum exponit mulieri.
at sancta uirgo 'Non est quod timeas' ait;
uirique corpus tradit figendum cruci,
ne subeat ille poenas neglegentiae. 30
sic turpitudo laudis obsedit locum.

5* uirginis] coniugis *Housman* 15 produxerat *Bothe* 17 egregiam *Riese*: egregiam et *Buecheler*: aegram et *NV*: et aegram et *Mueller* 18 correptus *Mueller*: corruptus *NV* 19 uritque *Speyer*: uriturque *NV* sensus impotentis *Mueller*: sensim impudentis *NV* 21 posset *NV* 22 quotidiana *NV* 24* artior reuinxit *scripsi*: artior deuinxit *Bursian*: arctiore uinxit *NV* 25 custos *V* 28* sancta uirgo *scripsi*: sancta mulier *NV* (*cf.* 5)

XIV

DVO PROCI

Fortunam interdum praeter spem hominibus fauere

VNAM expetebant uirginem iuuenes duo.
uicit locuples genus et formam pauperis.
ut nuptiarum dictus aduenit dies,
amans, dolorem quia non poterat perpeti,
maerens propinquos contulit se in hortulos, 5
quos ultra paulo uilla splendens diuitis
erat acceptura uirginem e matris sinu,
parum ampla in urbe uisa quod fuerat domus.
pompa explicatur; turba concurrit frequens,
et coniugalem praebet Hymenaeus facem. 10
asellus autem, qui solebat pauperi
quaestum referre, stabat portae in limine.
illum puellae casu conducunt sui,
uiae labores teneros ne laedant pedes.
repente caelum Veneris misericordia 15
uentis mouetur; intonat mundi fragor
noctemque densis horridam nimbis parit.
lux rapitur oculis; et simul uis grandinis
effusa trepidos passim comites dissipat,
sibi quemque cogens petere praesidium fuga. 20
asellus notum proxime tectum subit,
et uoce magna sese uenisse indicat.
procurrunt pueri, pulchram adspiciunt uirginem
et admirantur: deinde domino nuntiant.
inter sodales ille paucos accubans 25
amorem crebris auocabat poculis.

XIV (XVI). **H** 119. 6* splendens *Housman*: splendida *NV*, *fort.* ditiis 10 praefert *Burman*: pr(a)ebet *NV* 12 referre *Jannelli*: ferre *NV* 13 sui *Eyssenhardt*: suae *NV* 17 parit *Mueller*: parat *NV* 21* proxime *Cassitto*: proximum *V* 24 deinde *V*: . . . . de *N*

ubi nuntiatum est, recreatus gaudiis
hortante Baccho et Venere, dulcis perficit
aequalitatis inter plausus nuptias.
quaerunt parentes per praeconem filiam; 30
nouus maritus coniuge amissa dolet.
quid esset actum postquam populo innotuit,
omnes fauorem comprobarunt caelitum.

XV

AESOPVS ET DOMINA

Quam noceat saepe verum dicere

AESOPVS turpi cum seruiret feminae,
quae se expingendo totum intricaret diem,
uestem uniones aurum argentum sumeret,
nec inueniret, digito qui se tangeret,
'Licetne paucis?' inquit 'Dicas'. 'Censeo, 5
quiduis efficies, cultum si deposueris.'
'Adeone per me uideor tibi meliuscula?'
'Immo, ni dederis, sponda cessabit tua.'
'At non cessabunt latera' respondit 'tua';
et obiurgari iussit ferula garrulum. 10
post paulo armillam tollit fur argenteam.
eam non apparere ut dictum est mulieri,
omnis furore plena uocat, et uerbera
proponit grauia, uerum si non dixerint.
'Aliis minare; me' inquit 'non falles, era; 15
flagris sum caesus, uerum quia dixi modo'.

27* *fort.* reciperatus 28 dulcis *N*: -es *V*
XV (XVII). **H** 120. 2 intricaret *Beck*: intricabat *NV*: tricaret *Mueller* 3 uestem *Jannelli*: uestes *NV* 7* uenustula *Havet haud inuenuste* 8 cessabit *Burman*: -auit *NV* 10* ferulis *Bothe*: seruum *NV* 11 post paulo a. t. fur *Orelli*: paulo post a. t. *NV* 12 eam *Jannelli post* argenteam *omissum*: quam *NV*: quam iam *Havet* 13 omnis fur. plena uocat *Mueller*: fur. plena uocat omnis (*V* -es *N*) *NV* et *uel* ac *Cassitto*: ad *NV* 15 me inquit *Spengel*: inquit me *NV* era *Orelli*: certe *NV*

XVI

GALLVS ET FELES LECTICARII

Nimiam securitatem saepe in periculum homines ducere

FELES habebat gallus lecticarios.
hunc gloriose uulpes ut uidit uehi,
sic est locuta: 'Moneo praecaueas dolum.
istorum uultus namque si consideres,
praedam portare iudices, non sarcinam'. 5

* *

postquam fera esurire coepit societas,
discerpsit dominum, et fecit partes funeris.

XVII

SCROFA ET LVPVS

Faciendum prius de homine periculum quam eius te committas fidei

PREMENTE partu scrofa cum gemeret iacens,
accurrit lupus, et obstetricis partibus
se posse fungi dixit, promittens opem.
quae uero nosset pectoris fraudem improbi,
suspectum officium repudiauit malefici, 5
et 'Satis est' inquit 'si recedis longius'.

* *

XVI (XVIII). **H** 121. 1 lecticarios *Jannelli*: -us *NV* 2 gloriosum (*uel* -ose) *Jannelli*: gloriosa *NV* 4 consyderas *NV* *Post u.* 5 *lacunam statuit Mueller* 6* fera es. coepit societas *scripsi*: es. coepit fera societas *NV*: es. soc. coepit fera *Mueller* 7* funeris *Duvau*: facinoris *NV*
XVII (XIX). **H** 122, **Th** 30. 1 Prementi *Paraphrastae, Jannelli*: Tremente *NV* 4 pectoris *Orelli*: pecoris *NV* 6* recedis *NV*: si tu recesseris *magno consensu Paraphrastae. Post hunc uersum intercidit aliquid si quidem Paraphrastis fides qui, Ro. dico et Wiss., talia exhibent* obsecro da (des) mihi honorem fuit etiam et tibi mater (nam et matrem tu olim habuisti) *Ro.*, obsecro ut des mihi honorem *Wiss.*; *mox* ille autem ut recessit statim profudit (profundit) sarcinam *Ro. ex parte Wiss.*, recedente autem illo statim exposuit fetum illaesa *Ro. ex parte unde distichon tale euadere possit*:

nos reuerearis et tibi mater fuit.'
ille ut recessit, sarcinam effudit statim.

quodsi perfidiae se commisisset lupi,
sero dolore fata deflesset sua.

XVIII

AESOPVS ET SERVVS PROFVGVS

Non esse malo addendum malum

SERVVS profugiens dominum naturae asperae,
Aesopo occurrit, notus e uicinia.
'Quid tu confusus?' 'Dicam tibi clare, pater,
(hoc namque es dignus appellari nomine),
tuto querella quia apud te deponitur. 5
plagae supersunt, desunt mihi cibaria.
subinde ad uillam mittor sine uiatico.
domi si cenat, totis persto noctibus;
siue est uocatus, iaceo ad lucem in semita.
emerui libertatem, canus seruio. 10
ullius essem culpae mihi si conscius,
aequo animo ferrem. numquam sum factus satur,
et super infelix saeuum patior dominium.
has propter causas et quas longum est promere
abire destinaui quo tulerint pedes. 15
'Ergo' inquit 'audi. cum mali nil feceris,
haec experiris, ut refers, incommoda:
quid si peccaris? quae te passurum putas?'
tali consilio est a fuga deterritus.

7 quae si *Ro. fortasse recte, cf.* qui si *Wiss.* 8* *uersui neque enarrantibus neque emendantibus propitio quoad potui opitulatus sum* sero *pro* pari *NV reponendo*, infelicissime pareret *uel* peperisset *uel* periret *Ro. Wiss.*

XVIII (XX). **H** 123. 1, 2 *inter se transposuit Nauck, nescio an recte* 5 querela quia apud te *Jannelli*: quia ap. te querela *NV* 9 est *Cassitto*: estu *V*: aestu *N* iaceo *Mai*: iacio *V* 13 dominium *Orelli*: dominum *NV* 14 promere, *uel* prodere, *Jannelli*: pro . . . . *N*: *om. V* 16 nil *Jannelli*: nihil *NV*

XIX

EQVVS CIRCENSIS

Ferendum esse aequo animo quidquid acciderit

EQVVM ex quadriga, multis palmis nobilem,
abegit quidam et in pistrinum uendidit.
productus ad bibendum cum foret a molis,
in circum aequales ire conspexit suos,
ut grata ludis redderent certamina. 5
lacrimis obortis 'Ite felices', ait
'celebrate sine me cursu sollemnem diem:
ego, quo scelesta furis attraxit manus,
ibi sorte tristi fata deflebo mea'.

XX

VRSVS ESVRIENS

Famem acuere animantibus ingenium

SI quando in siluis urso desunt copiae,
scopulosum ad litus currit, et prendens petram
pilosa crura sensim demittit uado;
quorum inter uillos haeserunt cancri simul,
in terram arripiens excutit praedam maris, 5
escaque fruitur passim collecta uafer.
Ergo etiam stultis acuit ingenium fames.

XXI

VIATOR ET CORVVS

Verbis saepenumero homines decipi solere

QVIDAM per agros deuium carpens iter,

XIX (XXI). **H** 124. 1 e quadriga *Burman, Jannelli*: et quadrigam *NV* 8* abstraxit *Bothe*

XX (XXII). **H** 125. 3 demittet *Jannelli*: dimettit *NV* 4* haeserunt cancri simul *Jannelli*: simul haes. cancri *NV* 7 *om. V* stultis *Jannelli*: stulto *N*

XXI (XXIII). **H** 126.

AVE exaudiuit, et moratus paululum,
adesse ut uidit nullum, corripuit gradum.
iterum salutat idem ex occulto sonus.
uoce hospitali confirmatus restitit, 5
ut, quisquis esset, par officium reciperet.
cum circumspectans error haesisset diu
et perdidisset tempus aliquot milium,
ostendit sese coruus, et superuolans,
AVE usque ingessit. tum se lusum intellegens 10
'At male tibi sit,' inquit 'ales pessime,
qui festinantis sic detinuisti pedes'.

XXII

PASTOR ET CAPELLA

Nihil ita occultum esse quod non reueletur

PASTOR capellae cornu baculo fregerat:
rogare coepit ne se domino proderet.
Quamuis indigne laesa reticebo tamen; 5
sed res clamabit ipsa quid deliqueris.'

XXIII

SERPENS ET LACERTA

Vbi leonis pellis deficit, uulpinam insuendam esse, hoc est ubi deficiunt uires, astu utendum

SERPENS lacertam forte auersam prenderat,
quam deuorare patula cum uellet gula,
arripuit illa prope iacentem surculum,

3* nullum, corripuit *scripsi*: neminem, cepit *NV*: nem. celerat *Mueller* 7* error *scripsi*: errore *NV* 11 male tibi *Jannelli*: tibi male *NV* ales pessime inquit *V* 12 sic *N*: male *V male*

XXIII (XXV). **H** 128. *Cum titulo Perottino conferendus Plutarchus in Apophthegmatis Lac., p* 229 B 1 auersam *Hartman*: aduersam *NV*

et pertinaci morsu transuersum tenens
auidum sollerti rictum frenauit mora. 5
praedam dimisit ore serpens inritam.

XXIV

CORNIX ET OVIS

Multos lacessere debiles et cedere fortibus

ODIOSA cornix super ouem consederat;
quae dorsum cum tutudisset inuitae diu,
'Hoc' inquit 'si dentato fecisses cani,
poenas dedisses'. illa contra pessima
'Despicio inermes, eadem cedo fortibus; 5
scio quem lacessam, cui dolosa blandiar.
ideo senectam mille in annos prorogo'.

XXV

SOCRATES ET SERVVS

Nullum maledictum esse grauius conscientia

CVM seruus nequam Socrati male diceret,
uxorem domini quod corrupisset sui,
idque ille sciret notum circumstantibus
'Places tibi' inquit 'nam cui non debes, places;
sed non impune, quia cui debes, non places'. 5

XXIV (XXVI). **H** 129, **Th** 95. 1 cornix *N Paraphrastae*: coniunx *V* 2* *In h. u. corrigendo nunc Paraphrastarum, Ad. et Ro., uestigiis insisto qui magno consensu* otiosa quaedam cornix supra ouem consederat tundens dorsum eius, hoc cum diu fecisset *cett. exhibent, cum praestet Perottus* quam dorso cum tulisset inuita et diu *quem si sequaris, pro molesto illo* inuita et *reponendum erit* inuitae. quae *pro* quam *iam Nauck.* 6* dolosa blandiar *NV*: dolose bl. *Nauck Havet*: dolo subblandiar *coniecit Havet*

XXV (XXVII). **H** 130. *Titulum Perottinum sic in uersum redegit Dressler* maledictum nullum est grauius conscientia 2 corrupisset *Jannelli*: corripuisset *V*(*N*)

XXVI

LVPVS ET BVBVLCVS

Multos uerbis esse blandos, pectore infideles

CVM se sequentem celeri pede fugeret lupus,
et a bubulco uisus ueprem inreperet,
'Per te oro superos perque spes omnes tuas
ne me indices, bubulce; nil umquam mali
huic agro feci'. et rusticus 'Ne timueris; 5
late securus'. iamque uenator sequens:
'Quaeso, bubulce, numquid huc uenit lupus?'
'Venit, sed abiit hac ad laeuam' et dexteram
demonstrat nictu partem. uenator citus
non intellexit, seque e conspectu abstulit. 10
tunc sic bubulcus 'Ecquid est gratum tibi,
quod te celaui?' 'Linguae prorsus non nego
habere atque agere maximas me gratias;
uerum oculis ut priueris opto perfidis.'

XXVII

MERETRIX ET IVVENIS

Multa esse nobis iucunda, quae tamen sunt incommoda

CVM blandiretur iuueni meretrix perfida,
et ille laesus multis saepe iniuriis
tamen praeberet sese facilem mulieri,
sic insidiatrix 'Plures muneribus licet

XXVI (XXVIII). **H** 131, **Th** 73. 1* *pro* uenatorem *NV* se sequentem, *uel* persequentem, *dedi ex Ad. Ro.*: cum persecutorem fugeret lupus (impius *Ro.*) celeriter (*om. Ad.*) *et mox* ne me persequenti (sequenti) tradas *Ro.* lupus (*et in u.* 7) *Paraphrastae Jannelli*: lepus *NV* 3 oro *post* superos *ex Paraphrastis add. Jannelli*: te oro *ante idem Spengel* 4 ne *Paraphrastae*: non *NV* 5 agro *NV*: *Paraphrastae* iuro *ut uidentur* cui non se facere iurat malum *Ad.*: cui me nihil fecisse iuro *Ro et sic Havet* 8 dexteram *N*: dextram *V* 9* nictu *scripsi idemque Rank*: nutu *NV* 11 ecquid est *N*: haec quid est *V*: et quidem *Ro.* 13* maximas me *Jannelli*: me maximas *NV*

XXVII (XXIX). **H** 132, **Th** 60.

contendant, ego te plurimi facio tamen'. 5
iuuenis, recordans quotiens deceptus foret,
'Lubenter' inquit 'mea lux, hanc uocem audio,
non quod fidelis, sed quod iucunda es mihi'.

* *

XXVIII

FIBER

Multi uiuerent si salutis gratia parui facerent fortunas

CANES effugere cum iam non possit fiber
(Graeci loquaces quem dixerunt castorem
et indiderunt bestiae nomen dei,
illi qui iactant se uerborum copia),
abripere morsu fertur testiculos sibi, 5
quia propter illos sentiat sese peti.
diuina quod ratione fieri non negem;
uenator namque, simul inuenit praemium,
omittit ipsum persequi et reuocat canes.
Hoc si praestare possent homines ut suo 10
uellent carere, tuti posthac uiuerent;
haud quisquam insidias nudo faceret corpori.

XXIX

PAPILIO ET VESPA

Non praeteritam sed praesentem aspiciendam esse fortunam

PAPILIO uespam prope uolantem uiderat:

6 direptus *V* 8* es *Ro. Jannelli*: sis *Wiss.*: est *NV*. *Post h. u. Paraphrastae exhibent* sic uerbis mutuo se (se mutuo) deluserunt *Ro.*: uerbis sermonem inuicem se luxerunt *Wiss.* (*plura etiam Wiss.*) *unde conieci ut sit* 8 b

sic uerbis illi se luserunt inuicem

XXVIII (XXX). **H** 133 5 fertur *N*: ferunt *V* 6 sese *Jannelli*: se *NV* 7 negem *N*: negent *V* 8* praemium *Rank*: remedium *NV* 9 reuocat *Froehlich*: uocat *NV* 10 suo *N*: sui *V* 11 carere tuti *Jannelli*: careret uti *NV*

XXIX (XXXI). **H** 135. 1* prope uolantem *scripsi*: preteruolantem *V*

'o sortem iniquam! dum uiuebant corpora,
quorum ex reliquiis animam nos accepimus,
ego eloquens in pace, fortis proeliis,
arte omni princeps inter aequalis fui; 5
en cuncta leuitas putris et uolito cinis:
tu, qui fuisti mulus clitellarius,
quemcumque uisum est laedis infixo aculeo'.
at uespa dignam moribus uocem edidit:
'Non qui fuerimus, sed qui nunc simus, uide'. 10

XXX

TERRANEOLA ET VVLPES

Prauis non esse fidem adhibendam

Avis, quam dicunt terraneolam rustici,
in terra nidum quia componit scilicet,
forte occucurrit improbae uulpeculae,
qua uisa pinnis altius se sustulit.
'Salue'; inquit illa 'cur me fugisti obsecro? 5
quasi non abunde sit mihi in prato cibus,
grylli, scarabaei, locustarum copia;
nihil est quod metuas; ego te multum diligo
propter quietos mores et uitam probam'.
respondit cantrix 'Tu quidem bene praedicas. 10
in campo non par, ⟨par⟩ sum sublimis tibi.
quin sequere; tibi salutem hic committo meam'.

3 accipimus *V*, *sed* acce . . . *N* 4 eloquens *Jannelli*: loquens *NV* 5 equales *V*: . . qualis *N* 6* en cuncta *corruptum*, *fort.* nunc tineae: eheu nunc *Speyer* et *suspectum*, *fort.* ut 9 memoria *Halbertsma* edidit *Jannelli*: edulit *V*: ed. di. *N*

XXX (XXXII). **H** 135. 1 Auis *N*: Quis *V* terraneolam *N*: tarantulam *V* 3 occucurrit *Burman*: occurrit *NV* 4 pennis *NV* 7 lucustarum *Havet* 10* cantrix *scripsi*: contra *NV* 11* non sum in campo par tibi sed sum sub diuo *NV quod correxi* sublimis *iam Speyer* 12* tibi salutem *Mueller*: salutem tibi *NV* hic *scripsi*: *om. NV*

EPILOGVS

De his qui legunt libellum

Hoc qualecumque est, Musa quod ludit mea,
nequitia pariter laudat et frugalitas:
sed haec simpliciter, illa tacita irascitur.

Epilogus. **H** 105. 3 tacita *NV*: tacite *edd.*; *cf.* V. i. 6

PEROTTI PROLOGVS

Nicolai Perotti epitome fabellarum Aesopi, Auieni et Phedri ad Pyrrhum Perottum fratris filium adolescentem suauissimum incipit foeliciter:

Non sunt hi mei quos putas uersiculi
sed Esopi sunt et Auieni et Phedri,
quos collegi ut essent, Pyrrhe, utiles tibi
tuaque causa legeret posteritas
quas edidissent uiri docti fabulas. 5
honori et meritis dicaui illos tuis,
saepe uersiculos interponens meos
quasdam tuis quasi insidias auribus.
solet quippe iuuare ista uarietas.
hos si leges, laetabor: sin autem minus, 10
habebunt certe quo se oblectent posteri.
nunc fabularum cur sit inuentum genus
breui docebo: seruitas obnoxia,
quia que uolebat non audebat dicere,
affectus proprios in fabellas transtulit 15
calumniamque fictis elusit iocis.
redeo unde discessi ad libellum meum.
hunc obtrectare si uolet malignitas,
imitari dum non possit, obtrectet licet.
mihi magna laus est quod tu, quod similes tui 20
labores libenter legant usque meos
dignosque longa iudicent memoria.
semper fugatae plus uetustati fauet
inuidia mordax quam bonis presentibus.

Hausit ex Phaedro Perottus prologi sui 10, 11 = III *Prol.* 31 *sq.*. 13-16 = II *Epil.* 9-13: 18-20, 22 = IV *Prol.* 15-17, 19: 23, 24 = V *Prol.* 8, 9 *et uerba quoque, ut uidetur, non nulla Phaedriana*

PHAEDRIANAE FABVLAE NOVAE DECEM EX PARAPHRASTARVM COPIIS SELECTAE

I

CVLEX ET TAVRVS

Cvlex cum taurum prouocasset uiribus,
cuncti uenerunt ut spectaclum cernerent.
tunc paruus 'Satis est quod uenisti comminus:
iam par tibi sum factus iudicio tuo'.
hic se per auras sustulit pinna leui 5
lusitque turbam et tauri destituit minas;
qui, si fuisset ualidae ceruicis memor,
pudendum contempsisset aduersarium,
materia ineptae nec fuisset gloriae.
Sibi famam minuit qui se indignis comparat. 10

II

EQVVS MALIGNVS

Eqvvm rogabat asinus pauxillum hordei.

I. **Th** 84, *praef.* ccxviii, *Cl. Q.* xii. 154. *Exstat apud Ad. et inter Alexandri Neckham elegos, Hervieux, Les Fabulistes latins* ii². 393 2* cuncti *uel* populi, uenerunt *scripsi*: uen. cuncti populi *Ad.*: conuenit maxima turba *Neckham* spectaclum *scripsi*: spectacula *Ad.* 3 paruus *Birt**: paruus culex *Ad.* satis est *Burman**: satis inquit habeo *Ad.* 4 iam *addidi*, f. iam sum nempe tuo par tibi iudicio *Neckham*: paruus t. f. s. *Ad.*, *corr. Burman* 6 turbam *Burman**: turba *Ad.* 7 qui *Mueller*: quod *Ad.* 8 contempsisset (*Burman*) aduersarium *Mueller**: contempserat inimicum *Ad.* 9 mat. ineptae nec f. gloriae *Heraeus*: et ineptae matheriae non f. gloriatio *Ad.* 10 sibi famam minuit *Birt**: quia ille sibi famam diminuit *Ad.*

II. **Th** 82, *praef.* ccxvii, *Cl. Q.* xii. 155. *Exstat apud Ad.* 1 rogabat *Burman**: cum rogaret *Ad.* pauxillum *scripsi*: parum sibi *Ad.*: particulam *Mueller*: paululum *Burman*

⟨sonipes⟩ 'Libenter' inquit 'si possem darem,
pro dignitate et nostra large tribuerem;
sed, cum uenerimus uespere ad praesepia,
folliculum plenum farre donabo tibi'. 5
asellus autem 'Qui rem tam paruam negas,
quid in maiore te facturum existimem?'

III

EQVVS INSOLENS

. . . . . insolens phaleris equus
asino occucurrit, qui fatigatus malis
quia transeunti tardius dederat uiam,
'Vix me' inquit 'teneo quin te rumpam calcibus'.
reticuit ille et gemitu testatur deos. 5
equus currendo ruptus paruo in tempore
ad uillam est missus, hunc onustum stercore
ut uidit asinus, tali eum inrisit sono

2 sonipes *addidi, om. Ad.* darem *scripsi*: dare *Ad. post* hordei 3 pro d. et *scripsi*: et pro d. *Ad.* 4 uespere ad pr. *Burman**: ad pr. uesp. *Ad.* 5 donabo tibi *scripsi*: dabo tibi *ante* folliculum *Ad.* 6 asellus autem *scripsi*: et asellus *Ad.* 7 maiore *Burman*: maiori *Ad.* *Pro epimythio habet Ad.* qui cum magna promittunt, parua negant. est in dando nolens tenax pollicitando.

III. **Th** 53, *praef.* ccxv, *Cl. Q.* xii. 155 *sq.* *Exstat non solum apud Ad., qui proximus Phaedro est, sed etiam apud Ro. et Wiss. qui longius absunt* 1 *uersus initium om. Ad. qui quomodo sit supplendus ex ceterorum Paraphrastarum copiis haud facile diuinaueris, habent enim* ornatus freno ex auro et argento sella et nacco pretioso satis decorus membra iuuenta (*florem illum quidem Vergilianum A.* iv. 559). *Cogitaui de* Forma decorus: Auro frenatus *Havet* 2 asino occucurrit *Havet*: as. occurrit *Ad.*: occurrit as. *Ro. Wiss.* equus *post* occ. *habet Ad.* 3 quia *ex Ro. Wiss. dedit Havet, om. Ad.* tr. t. dederat uiam *Havet*: illi tr. t. dederat u. *Ro. Wiss.*: tr. t. dedit u. *Ad.* 4 me inquit teneo *Havet*: inquit me t. *Ad.* quin *Burman*: ut non *Ad.* 8 *ante* tali *infert Havet duo hemistichia* ingredi per semitam | in prato pascens *cum Paraphrastae Ad. excepto fere dent* rustica ornamenta accepit et onustus ibat per semitas. asinus in prato pascens agnouit equum *cett.* irrisit *Ad.*: increpat (-auit) *Ro. Wiss.*: uoce increpat *Havet* sono *dedi ex Ro., cf. Ou. Fast.* vi. 606: uerbo *Ad.*: talia dicens *Wiss.*

'Quid gloriose quondam ⟨cum⟩ phaleris tibi,
modo ad contemptam ⟨qui⟩ redisti miseriam?' 10

IV

ASINVS IMMISERICORS

ASELLVS et bos uno sociati iugo
⟨plostrum⟩ trahebant. bos dum paulo ualidius
conatur aegro cornu ⟨cursu⟩m tendere,
†asellus ipse negabat nullum leuamen accipere.
†solus atm bos cornu et confestim mortuus est. 5
asinum bubulcus onere bouis exaggerat,
qui multas inter plagas ruptus concidit
et exspirauit media collapsus uia.
⟨tum⟩ sic ad praedam conuolantes alites:
'Si te precanti mitem exhibuisses boui, 10
non immaturo nos interitu pasceres'.

V

MILVVS AEGROTANS

MVLTOS iaceret menses cum aeger miluus

9 q. tibi gl. quondam faleris *Ad. quod correxi* 10 qui *om. Ad., add. Burman*

IV. **Th** 41, *praef.* ccxiii, *Havet p.* 275. *Exstat apud Ad.* 2, 3* plostrum (plaustrum *priores*) *dedi, om. Ad.* bos dum con. paulo ualidius incedere cornu aegro *Ad. quod correxi* 4, 5* *grauiter corrupta et fortasse mutila, temptaui* at ipsi asellus nil refert leuaminis (praestat nil leuaminis *Mueller*) | solus ⟨luct⟩atus bos confestim est mortuus 6 onere *scripsi cum* pondere *sequatur* (*u.* 8): carne *Ad.* 7 concidit *Burman*: cecidit *Ad.* 8 pondere *ante* collapsus *Ad., deleuit Burman* 9 uolucres aduenientes ad praedam conuolant dicentes *Ad. quod correxi*: conuolantes alites *iam Havet*: tum uol. aduenientes ad pr. nouam *Mueller* 11 non iam immaturo nos int. pasceres tuo *Ad., corr. Burman*

V. **Th** 23 (*praef.* ccxxi), *Cl. Q.* xiii. 81. *Exstat apud Ro.* 1 multos iaceret menses cum aeger m. *scripsi*: multos c. menses aegrotasset miluius *Gude*: miluus cum aegrotaret (aegrotare coepisset) et multis mensibus (infirmus) iaceret *Ro.*

nec spem uideret esse iam uitae, rogat
cum lacrimis matrem ut sancta circum iret loca
et pro salute magna ⟨dis⟩ promitteret.
'Faciam,' inquit 'fili, quod uis: ut uero impetrem 5
uehementer timeo, quando delubra omnia
uastasti et cuncta polluisti altaria
nec sacris temperasti: nunc quid uis precer?'

VI

GLADIVS ET VIATOR

GLADIVM uiator ⟨forte⟩ in triuio inuenerat;
iacentem interrogauit 'Quis te perdidit?'
cui telum 'Me quidem unus sed multos ego'.

VII

VVLPES ET SCARABAEVS

NATVRAM turpem nulla fortuna obtegit.
Humanam in speciem cum uertisset Iuppiter

2 nec—uitae *scripsi*: nec spem uitae suae uideret iam esse (iam haberet) *Ro.* rogat (3) cum lacrimis matrem *scripsi*: matrem (suam) rogabat cum lacrimis (lacrimando) *Ro.* 3 sacra *Burman* circum iret loca *Gude*: loca circuiret (uisitaret) *Ro.* 4 et pro s. magna dis promitteret *scripsi*: et pro s. illius (sua) magna uota (u. m.) promitteret *Ro.* 5 ut uero impetrem *scripsi*: uerum timeo ne non impetrem, illud enim uereor, nate, et uehementer timeo *similia Ro.* 6 delubra omnia *Gude*: omnia del. *Ro.* 7 polluisti altaria *Gude*: alt. polluisti *Ro.* 8 sacris temperasti *scripsi*: sacrificiis pepercisti *Ro.* precer *scripsi*: ut orem *Ro.*: rogem *Gude*

VI. **Th** 94, *Cl. Q.* xiii. 82. *Exstat apud Ro.* 1, 2* forte in triuio inuenerat; iacentem *scripsi*: dum ambulabat (-aret, -at) iacentem inuenit in uia *Ro.*: media proiectum uia | inuenit *Mueller* quem interrogauit *Ro.*: et rogauit *Mueller* 3 cui contra telum (gladius) *Ro.* sed m. ego *scripsi*: ego uero m. *Ro.*: at plures ego *Mueller* *Pro epimythio add. Ro.* Haec fabula narrat malum posse perire sed ante multos nocere (posse) *unde Mueller* pereat priusquam multis exitiost nocens.

VII. **Th** 97, *cf. praef.* ccxx, *Cl. Q.* xii. 161 *sq.* *Exstat apud Wiss. et V* 2 humanam in sp. *Gude*: in hum. sp. *V*: hum. sp. *Wiss.* uertisset *Gude*: se uertisset *V Wiss.*

⟨amator⟩ uulpem, ut sedit legitimo toro,
scarabaeum uidit prorepentem ex angulo
notamque ad praedam desiliuit celerius. 5
superi risere grande; at erubuit Pater
uulpemque repudiatam thalamis expulit,
his prosecutus: 'Viue quo digna es modo,
quia digna nostris esse meritis non potes.'

VIII

ARBORES ET SECVRIS

FACTA homo securi ab arboribus huic postulat
ligno manubrium quod foret firmissimo:
dari iusserunt ex oleastro ceterae.
securi aptato ramos ille ac robora

3* amator (*olim* maritus) *addidi, om. V Wiss.* ut s. legitimo t. *scripsi*: legitimis ut s. thoro *Wiss.*: et uulpem quasi legitimo thoro sibi assidere fecisset *V*: uulpem legitimis ⟨paelex⟩ (*hoc iam Gude, fort. recte*) ut s. toris *Mueller* 4 scar. u. *Wiss.*: u. illa scrabonem *V* prorepente *Wiss.*: prorepetentem *V, corr. Gude* ex arbore *V* 5 desiliuit celerius *scripsi*: celerius siliuit *V Wiss.*, *nisi quod* siluit *habet V et post hoc unius uerbi spatium*: celeri prosiluit gradu *Gude, cf. adn. ad* 6 6 superi risere grande *scripsi*: sup. gradu ris. *Wiss.*: hinc superi *V* at er. Pater *scripsi*: et pater Iupiter er. *V*: magnis er. pater *Wiss.*, *unde* superi risere: magnus er. pater *Gude* 7 talixmis expudit *Wiss.* 8 uade modo quo digna es *V* 9 *sic Mueller*: q. digna nostris meritis non esse non potes *V*: q. digne nostris mer. non potest esse *Wiss.*

VIII. **Th** 64, *praef.* xlvii, *Cl. Q.* xii. 156 *sq.* *Exstat apud Ad. Ro. Wiss.*, *item apud Digbeianum* 172 *bybliothecae Bodleianae cod. Hervieux* ii.[2] 536. 1 Facta h. s. *scripsi*: s. facta h. *uel* h. s. facta *Ro. Wiss.*: securis cum fuisset f. *Ad.* ab arboribus huic (*sc.* securi) postulat *scripsi*: ab arb. (arbores *Ad.*) postulabat (-auit) ut illi manubrium darent (sibi man. dare, man. ex illis sibi dari, materiam manubrii sibi dari *Digb.* 172) *Paraphrastae* 2 ligno m. quod. foret firmissimo *scripsi*: de ligno quod esset (erat) firmum (firmior *Ad.*, firmissimum sibi lignis *Digb.*) 3 dari iuss. ex oleastro *scripsi*: oleastrum (-o) iusserunt (dare) *uel* dederunt *Paraphrastae praeter Digb. quem emendato iam loco comperi habere* man. dari sibi de oleastro iusserunt cetera *Ad.*, *unde* ceterae *dedi*: omnes *reliqui* 4 *hic inepte* sumpsit (accepit) homo (homo ille *Digb.*) *add. Paraphrastae* securi aptato *scripsi*: aptata secure, abhastatum (*h. e.* adaptatum) securi, in securi coaptato manubrio, imposuitque securi *Paraphrastae* ille *hic addidi, cf. superius adnotata* ramos ac (et) robora magna (arbores magnas *Digb.*) *Paraphrastae*: magna *in u. proximo posui*

qua libuit magna intrepide coepit caedere. 5
tum quercus fraxino sic: 'Merito plectimur,
hosti tribuimus quae roganti manubrium'.

IX

MVS RVSTICVS APVD VRBANVM

HOSPITIO quondam mus urbanus rustici
exceptus glandem cenat; dein rediens domum
perduxit precibus secum in urbem rusticum.
simul uenere, opulentam subierunt domum
cellamque intrarunt plenam multiplici dape, 5
in qua dum uariis perfruuntur reliquiis,
impulso se infert ostio cellarius.
urbanus noto facile se abscondit cauo;

5 intrepide *scripsi*: indubiose *Ad.*: indubitanter *Ro. complures Digb.*, indubius *unus ex Ro.*, securi (*? pro* sēcure) *unus ex Ro.* caedere *Thiele*: decedere *Wiss.*: incidere *ceteri* 6 tunc *Ro. Digb.*: sicque *Ad.* sic ait *uel* ait *Ad. Ro. Digb.*: sic quercus dixisse fertur *Wiss.* merito (*hoc Gude*) plectimur *scripsi*: digne et bene (iuste et digne *Digb.*) (haec) patimur *Paraphrastae, cf. adn. ad* I. xxxi. 13 7* *correxi* qui (quia) roganti hosti nostro manubrium (-ia) dedimus (*sed* concessimus *Digb.*) *Paraphrastae*

IX. **Th** 15, *praef.* ccx, *Cl. Q.* xii. 157 *sqq.* *Exstat apud Ad. Ro. Wiss. quorum Phaedro proximus Ad.* 1, 2 Hospitio — exceptus *Burman**: Hosp. q. m. urb. exceptus est rustici *Ad.* glandem cenat *scripsi*: et humili glande coenauit causam perfecit *Ad.* dein rediens domum *om. Ad.*, *addidi ex Ro.*, deinde mus urbanus rediens murem agrarium rogabat uenire secum ad prandium: *cf. Wiss.* deinde mus urb. precibus murem agr. ad urbem rogat 3 secum *dedi ex Ro.*: post *Ad.* 4 *om. Ad.*: *dedi ex Ro.* factumque est ut simul uenirent ingrediuntur ambo (in) honestam domum *et Wiss.* qui uero uenerunt in urbem hones⟨tam⟩ subierunt domum: uenere in urbem et lautam subierunt d. *Mueller* 5* cellarium *Ro. Wiss.* intrarunt *Mueller*: intrauit *Ad.* plenam multiplici dape *scripsi*: plurimo refertam cibo *Ad.*: omn. bon. plenum (*uel* pl. bon.) *Ro. Wiss.*: omn. plenam bonis *Mueller* 6 *sic Burman*: in qua cum u. perfruitur (*cf. supra*) *Ad. om.* reliquiis: sic ait 'fruere mecum, amice, quae nobis cotidie superant cumque multis cibariis uterentur' *Ro.*, *similia Wiss.* (cum multa uaria utuntur) 7 se infert *scripsi, cetera ut Burman*: hostiis cellarario repulsis *Ad.*: uenit cellararius festinans et ostium cellarii impulit (citius aperuit) *Ro. Wiss.* 8* noto . . . cauo *Heraeus**: nota . . . cauerna *Ad.*: notis . . . cauernis *Ro. Wiss.*: notis . . . cauis *Burman; nescio an ante hunc. u. desit aliquid in Ad*

at miser ignota rusticus trepidat domo,
mortemque metuens per parietes cursitat. 10
uerum, ubi quae uoluit sustulit cellarius
clausitque limen, iterum urbanus rusticum
ad escam hortatur; ille pauidus 'Vix queo.
censen' redibit?' alter 'Tantum ergo times?
haud temere has inuenire delicias potes'. 15
respondit 'Curis glans me pascat liberum'.
Securum est melius in pauperie uiuere
quam diuitiarum carpi sollicitudine.

X

VESPERTILIO

BELLVM gerebant uolucres cum quadrupedibus
et modo uincentes uincebantur denuo:
at uespertilio, dubios euentus timens,
⟨aciem⟩ quam primo superiorem uiderat,
ad eam se conferebat ⟨fortunae comes⟩. 5

9 rusticus *ante* ignota *habet Ad.* 10 per parietes *Ro. ex parte*: circa p. *Ad.* 11* uerum *scripsi*: at *uel* ast *uel* uero *Ro. om. Ad.* ubi *Ro. om. Ad.* quae uoluit s. c. *scripsi*: cellararius q. uoluit s. *Ad.*: q. uolebat (*hoc Wiss.*) s. cellarius *Burman* 13 ille pauidus uix queo *scripsi*: at ille uix possum ualde perterritus *Ad.* 14 censen' redibit *scripsi*: putasne ueniet *Ad.* alter t. e. times *scripsi*: ille t. e. metuens ait *Ad.*: ille quid tantum times? *Burman* 15 haud temere has *scripsi*: haud has tu *Ad.*: haud has tibi *Thiele* potes *Thiele*: poteris (*ante* inuenire) *Ad.* 16 respondit *scripsi*: cui resp. *Ad.* curis glans me p. liberum *scripsi*: me glans securam p. et liberam *Ad.* 17* quia melius est in paupertatula sua secum uiuere *Ad. quod correxi, inter* securum *et* secum *uariatur in Ro.*

X. **Th** 54, *praef. p.* ccxv, *Cl. Q.* xii. 159 *sq.* *Exstat apud Ad. et Ro., hic tamen dilatato argumento et uerbis quoque hic illic immutatis* 2 uincebantur denuo *scripsi*: iterum uincebantur *Ad.* 3* *ita Burman**: dub. timens euentus uespertilio *Housman auct. Philom.* 39 *usus infirmo sane teste*: uespertilio dub. euentus timens *Ad.*: at uespertilio dubius et graues euentus timens *Ro.* 4 aciem *add. Zander**: *om. Ad.*: *testari uidentur Ro. ex parte* quia superior erat et magna acies quadrupedum *exhibentes* quam *Zander**: quem *Ad.* primo superiorem *scripsi*: sup. q. primo *Ad.* uiderat *Zander*: uidisset *Ad.* 5 fortunae comes *add. Zander*: *om. Ad.*

⟨mox, res⟩ in pacem cum redisset pristinam,
utrique generi fraus detecta apparuit.
damnatus ergo tam pudendo crimine
lucem refugiens tenebris se atris condidit.
Qui se duabus partibus commiserit 10
utrubique ingratus uiuet et turpis sibi.

6 mox *addidi, om. Ad.* res—redisset *scripsi*: redissent *Ad.*: reuersi sunt ad (*hoc fort. recte*) pristinam pacem *Ro. ex parte* 7 utrique *Burman**: utroque *Ad.* detecta *Zander*: decepta *Ad.* 9 tenebris se atris condidit *Zander**: a. se condidit t. noctis *Ad.*, *forte* nocte se atra condidit. *tamen plane alia indicant Ro. qui exhibent* damnatur . . . ut lucem fugiat semper exspoliatusque plumis ut noctibus uolet nudus, *unde conicias licet* tenebris inplumis uolat 10, 11 *In praecepto reddendo discordant Ad. et Ro. Ad. enim commendat* quia quisquis a duabus partibus se uindicari desiderat utrisque ingratus turpiter uiuit, *unde totus pendens* qui se duabus uenditabit partibus | utrisque ingratus uitam deget turpiter *Burman*: *Ro. uero* qui se duabus partibus obnoxium commiserit, hic et illic ingratus uiuit et reus potius erit sibi. *quod dedi, et illud et haec respicit*

INDEX NOMINVM

NOMINA quae ad hunc modum citantur 'Myn* V prol. 7' in contextu stant typis impressa cum aliud quid in codicibus exstet, quae autem ad hunc '[Myronem V prol. 7]' in adnotatione tantum. A. Appendicem Perottinam significat.

*Aeetes -ae (gen.) IV vii 12.
Aegaeus -a (pl.) IV vii 19.
Aesopus I prol. 1, ii 9; iii 3; vi 2. II iii 4. III prol. 52; iii 14; xix 1. IV v 29; vii 5; xvii 2. A. x 5; xvi 1: -e III xix 8: -i I x 3. II prol. 1, epil. 1. III prol. 29. V prol. 1: -o III v 2. A. vii 1; xviii 2: -um III xiv 2.
Aesopīus -as IV prol. 11.
*Anacharsis III prol. 52.
Apollo III prol. 57: -inis III xvi 12.
Argus IV vii 9.
Asia -ae (gen.) IV xxii 4.
Athenae I ii 1. II epil. 1: -as IV v 13. V i 2.
Atticus III xiv 1: -i (pl.) I ii 6. II epil. 1. IV v 32.
Augustus -ō (abl.) III x 39.

Bacchus -o (abl.) A. xiv. 28.
Bathyllus -o (abl.) V vii 5.

Caesar II v 7, 19.
Cassandra -ae (d.) III x 4.
Cato (uoc.) IV vii 21.
Ciā insulā IV xxii 8.
Clazomenae IV xxii 17.
Cybebe -es IV i 4: -ae (d.) III xvii 4.

Danaides A. v 10.
Dardania -ae (gen.) III prol. 28.
Delius -i (gen.) A. vi 7.
Delphi -os A. vi 2.
Demetrius V i 1.
Dolus A. iv 12: -o (d.) ib. 5.

Eutychus -e III prol. 2.

Falernus -ā III i 2.
Fata -is (d.) IV xx 13.
Fortuna I vii 4. A. ii 4: -ae (g.) III xi 6: -am II epil. 19. A. v 2.

Galli IV i 4.
Graecia -ae II epil. 9. III prol. 54.
Graecus -i (pl.) A. xxviii 2.
Graius -um (gen. plur.) IV vii 11.

Hebrus -i* III prol. 59.
Hercules IV xii 3: -i III xvii 4. V iv 1.
Hippolytus III x 3.
Hymenaeus A. xiv 10.

Ilium III x 4.
Inuidia V prol. 9.
Iuno A. ix 1, 13: -onem III xviii 1.
Iuppiter I vi 5. IV x 1; xviii 13. 27. V viii 4. A. ii 9: Iouis IV xviii 10. A. i; 12; iv 4; xiii 6: -i III prol. 18. -em I ii 22, 27: IV xviii 1: -e I ii 11. IV xvi 1; xx 12.
Ixion A. v 1.

Latium II epil. 8.
Latinus -is (d.) IV epil. 6.
Leda -ae (gen.) IV xxv 9.
Libitina IV xx 26.
Linus -o (d.) III prol. 57.
Liuor II epil. 10. III prol. 60 et IV xxi 1 (uoc.).
*Lucullus -i II v 9.

Magnus A. viii 8, 21, 26: -i A. viii 1.
Manes I xxvii 4.

Mars A. viii 18.
Medea -ae (gen.) IV vii 13.
Menander V i 9, 17.
Mendacium A. iv 21.
Mercurius I ii 27. IV xviii 9 : A. iii 11 : -o (d.) I ii 27 : -um A iii 1.
Minerua III xvii 5.
Minos IV vii 19.
Misenensis -em* II v. 8.
Mnemosyne III prol. 18.
Musa III prol. 57. -arum ib. 16.
[Myron -onem V prol. 7.]
*Mys Myn V prol. 7.

Natura III iii 15. A. ii 1 : -ae (gen.) I xxi 11. Cf. I iii 14. II vi 16. II epil. 16.
Neapolis -im II v 7.
Nilus -ō (abl) I xxv 3.

Orpheus -eo (d.) III prol. 57.

Paean -is* III prol. 20
Pallas III xvi 13 : -ade* III prol. 22.
Palladius -o (abl.) IV vii 9.
Parnasus -um A. vi 2.
Particulo (uoc.) IV prol. 10. IV epil. 5.
Peliades -um IV vii 16.
Pelias -ae IV vii 13.
Pelion -i IV vii 6.
Pelusius -o (abl.) II v 12.
Phaedrus -i III prol. 1.
Phalereus V i 1.
Philetus -e V x 10.
Phoebus -e A. vi 1 : -o III xvii 3.
Phryx III prol. 52. *A. xi 2.
Pierius -o (abl.) III prol. 17.
Pisistratus I ii 5.
Plutus -ō (abl.) IV xii 5.
Pompeius A. viii 29 : -i ib. 1.
Pontus -i IV vii 10.
Praxiteles -en V prol. 6.
Princeps V vii 4, 17, 36 : -ipe ib. 27.
Prometheus IV xv 3. A. iv 1, 15.
*Pytho A. vi 6.

Roma (uoc.) V vii 27 : -am III x 35 : -ae II v 1.
Romanus -i (gen.) A. viii 31. [-is (abl.) A. viii 16.]

*Scythes III prol. 52.
Seianus -o III prol. 41.
Siculus -um (n.) II v 10.
Simonides IV xxii 2, 26 ; xxv 4 : -e (uoc.) IV xxii 13 : -is IV xxii 20 : -em IV xxv 25, 27.
Sinon III prol. 27.
Sisyphus A. v 3.
Socrates III ix 2 : -i A. xxv 1.
Sol I vi 3.

Tantalus A. v 7.
Tempus -oris V viii 7.
Thessalus -ā IV vii 7.
Threissa III prol. 56.
Tiberius II v 7.
Tityos A. v 13.
Tonans I ii 28 : -anti III prol. 18.
Tuscus -um (n.) II v 10.

Venus A. ix 2 : -eris A. xiv 15 : -eri III xvii 3 : -ere A. xiv 28.
Veritas A. iv 18 : -atem ib. 2.

*Zeuxis -idem V prol. 7.

OXFORD CLASSICAL TEXTS

GREEK

All prices are net

	Cloth	India Paper
AESCHYLUS. A. Sidgwick. Second edition	4*s* 6*d*	
ANTONINUS. J. H. Leopold	4*s*	
APOLLONIUS RHODIUS. R. C. Seaton	4*s*	
ARISTOPHANES. F. W. Hall, W. M. Geldart		10*s* 6*d*
I. *Ach., Eq., Nubes, Vesp., Pax, Aves.* Second edition	4*s* 6*d*	
II. *Lys., Thesm., Ran., Eccl., Plutus, Fragmenta.* Sec. ed.	4*s* 6*d*	
ARISTOTLE. I. Bywater, F. G. Kenyon		
De Arte Poetica. Second edition	3*s*	
De Caelo	7*s* 6*d*	
Ethica. (On quarto writing paper, 10*s.* 6*d.*)	5*s*	
Atheniensium Respublica	3*s* 6*d*	
BUCOLICI GRAECI. U. v. Wilamowitz-Moellendorff	4*s*	6*s*
DEMOSTHENES		
I. *Orationes* I–XIX. S. H. Butcher	5*s* 6*d*	
II. i. *Orationes* XX–XXVI. S. H. Butcher	4*s* 6*d*	
II. ii. *Orationes* XXVII–XL. W. Rennie	4*s* 6*d*	15*s*
III. *Or.* XLI–LXI; *Proœmia*; *Epistulæ.* W. Rennie	6*s*	
EURIPIDES. G. G. A. Murray		15*s*
I. *Cyc., Alc., Med., Heracl., Hip., Andr., Hec.*	4*s* 6*d*	
II. *Suppl., Herc., Ion, Tro., El., I. T.* Third ed.	4*s* 6*d*	
III. *Hel., Phoen., Or., Bacch., Iph. Aul., Rhesus*	4*s* 6*d*	6*s*
HELLENICA OXYRHYNCHIA *cum Theopompi et Cratippi fragmentis.* B. P. Grenfell, A. S. Hunt	5*s* 6*d*	
HERODOTUS. K. Hude. Second edition		
I (Books I–IV)	5*s* 6*d*	15*s*
II (Books V–IX)	5*s* 6*d*	
HOMER		15*s*
I–II. *Iliad.* D. B. Monro, T. W. Allen		
Books I–XII. Second edition	4*s*	8*s* 6*d*
Books XIII–XXIV. Third edition	4*s*	
III–IV. *Odyssey.* T. W. Allen		
Books I–XII. Second edition	4*s*	8*s* 6*d*
Books XIII–XXIV. Second edition	4*s*	
V. Hymns, &c. T. W. Allen	5*s* 6*d*	
HYPERIDES. F. G. Kenyon	4*s* 6*d*	
LONGINUS. A. O. Prickard	3*s* 6*d*	

October 1936

GREEK (*cont.*)

All prices are net

	Cloth	India Paper
LYSIAS. K. Hude	4*s* 6*d*	
PINDAR. C. M. Bowra	8*s* 6*d*	
PLATO. J. Burnet		
I–III		20*s*
IV–V		20*s*
I. *Euth.,Apol.,Crit.,Ph.; Crat. Tht.,Soph.,Polit.* Ed.2	7*s* 6*d*	
II. *Par.,Phil.,Symp.,Phdr.; Alc.I,II,Hipp.,Am.* Ed. 2	7*s* 6*d*	
III. *Thg., Chrm., Laches, Lysis; Euthd., Prot., Gorg., Meno; Hp. Ma. et Min., Io, Mnx.*	7*s* 6*d*	
IV. *Clitopho, Respublica, Timaeus, Critias*	8*s* 6*d*	
Republic separately (4to with margin, 12*s* 6*d*)	7*s* 6*d*	8*s* 6*d*
V. *Minos, Leges; Ep., Epp., Def., Spuria*	9*s* 6*d*	
SOPHOCLES, *Fabulae*. A. C. Pearson	6*s* 6*d*	8*s*
THEOPHRASTUS, *Characteres*. H. Diels	4*s* 6*d*	
THUCYDIDES. H. Stuart Jones		
Books I–IV	4*s* 6*d*	10*s* 6*d*
Books V–VIII. Second edition	4*s* 6*d*	
XENOPHON. E. C. Marchant		
I–V		21*s*
I. *Historia Graeca*, Ed. 2, and III. Anabasis	each 4*s*	
II. *Libri Socratici* and IV. *Institutio Cyri*	each 4*s* 6*d*	
V. *Opuscula*	7*s* 6*d*	

LATIN

ASCONIUS. A. C. Clark	4*s* 6*d*	
CAESAR, COMMENTARII. R. L. A. Du Pontet		10*s*
I. *Bellum Gallicum*	3*s* 6*d*	
II. *Bellum Civile*	4*s*	
CATULLUS. R. Ellis	3*s* 6*d*	
With *Tibullus* and *Propertius*		10*s* 6*d*
CICERO, EPISTULAE. L. C. Purser		21*s*
I. *ad Fam.*	7*s* 6*d*	
II. *ad Att., Pars* i (1–8), *Pars* ii (9–16)	each 5*s* 6*d*	
III. *ad Q. F., ad M. Brut., Fragm.*	4*s*	
ORATIONES. A. C. Clark and W. Peterson		
Rosc. Am., I. Pomp., Clu., Cat., Mur., Cael. Clark	4*s*	21*s*
Pro Milone, Caesarianae, Philippicae. Clark. Ed. 2	4*s*	
Verrinae. Peterson. Second edition	5*s*	
Quinct., Rosc. Com., Caec., Leg. Agr., Rab. Perduell., Flacc., Pis., Rab. Post. Clark	4*s*	
Post Reditum, De Domo, Har. Resp., Sest., Vat., Prov. Cons., Balb. Peterson	4*s*	
Tull., Font., Sull., Arch., Planc. Scaur. Clark	3*s* 6*d*	

LATIN (*cont.*)

All prices are net

	Cloth	India Paper
CICERO (*cont.*)		
RHETORICA. A. S. Wilkins		
I. *De Oratore*	4*s*	
II. *Brutus*, &c.	4*s* 6*d*	
HORACE. E. C. Wickham. Ed. 2. H. W. Garrod	4*s*	6*s*
ISIDORI ETYMOLOGIAE. W. M. Lindsay. Two vols.	20*s*	25*s*
LIVY. R. S. Conway and C. F. Walters		
Books I–V	7*s* 6*d*	
Books VI–X	7*s* 6*d*	10*s* 6*d*
Books XXI–XXV	6*s*	
Books XXVI–XXX R. S. Conway and S. K. Johnson	8*s* 6*d*	
LUCRETIUS. C. Bailey	5*s*	7*s* 6*d*
MARTIAL. W. M. Lindsay	7*s* 6*d*	
NEPOS. E. O. Winstedt	3*s*	
OVID, *Tristia, Epistulae ex Ponto*, &c. S. G. Owen	4*s*	
PERSIUS and JUVENAL. S. G. Owen. Second ed.	4*s*	
PHAEDRUS, *Fabulae*. J. P. Postgate	6*s*	
PLAUTUS. W. M. Lindsay		
I. *Amphitruo–Mercator*	7*s* 6*d*	16*s*
II. *Miles Gloriosus–Fragmenta*	7*s* 6*d*	
PROPERTIUS. J. S. Phillimore. Ed. 2. (I.P., see Catullus)	4*s*	
STATIUS		
Silvae. J. S. Phillimore. Second edition	4*s* 6*d*	
Thebais and *Achilleis*. H. W. Garrod	7*s* 6*d*	
TACITUS		
Annales. C. D. Fisher	7*s* 6*d*	16*s*
Historiae. C. D. Fisher	5*s*	
Opera Minora. H. Furneaux	3*s*	
TERENCE. W. M. Lindsay and R. Kauer. Second ed.	5*s*	7*s* 6*d*
TIBULLUS. J. P. Postgate. Ed. 2 (I.P., see Catullus)	3*s*	
VELLEIUS PATERCULUS. R. Ellis	5*s*	
VIRGIL. Sir Arthur Hirtzel	4*s* 6*d*	6*s*
APPENDIX VERGILIANA. R. Ellis	5*s*	

The Oxford Greek Testament, 5*s* net (I. P. 7*s* 6*d* net; on quarto writing paper 12*s* 6*d* net); Dr. Souter's Pocket Lexicon to the above, 3*s* 6*d* net (I. P. 5*s* 6*d* net); The New Testament in Latin, 3*s* net (I. P. 4*s* 6*d* net).

All prices are subject to alteration without notice

OXFORD UNIVERSITY PRESS

Amen House Warwick Square London, E.C. 4

Biblioteca de
RUSSELL P. SEBOLD